TESTARVM
CONCHYLIORVM
INDEX.

NATIONAL MUSEUM
24 OCT 1956
OF VICTORIA

62033

Ioan. Dom. Campiglia Inu. del.

Index Musei Nicolai Gualtieri

P. Ant. Pazzi sc.



Nicolaus Gualterius
Philosophus et Medicus Collegiatus Florentinus
Regiæ Academiæ Botanicæ Florentinæ Socius
in Pisana Universitate
Medicinæ Professor Ordinarius
IOANNIS GASTONIS M. D. Etruriæ Archiater
MDCCXXXV.

Maria Mad. Gozzi del.

P. Ant. Pazzi sc.

880/56.

INDEX
TESTARVM
CONCHYLIORUM

QVAE ADSERVANTVR IN MVSEO

NICOLAI GVALTIERI

PHILOSOPHI ET MEDICI COLLEGIATI FLORENTINI

REGIAE BOTANICES FLORENTINAE ACADEMIAE SOCII

IN PISANO ATHENAEO MEDICINAE PROFESSORIS EMERITI

ET METHODICE DISTRIBVTAE

EXHIBENTVR

TABVLIS CX.

Aqua muta, et sine Anima quae Dei nutu iubebantur Animalia faciebat, ut ex hoc Mirabilia tua Nationes enarrent. Esd: L. 4. C. 6. 48.

Venabonj del.

NATIONAL MUSEUM
24 OCT 1958
LIBRARY

FLORENTIAE. ANNO. CIↃ·IↃ·CC.XLII.
EX TYPOGRAPHIA CAIETANI ALBIZZINI.

1742.

PRAESIDVM PERMISSV.

FRANCISCO III.

LOTHARINGIAE ET BARRI DVCI

MAGNO DVCI ETRVRIAE

REGI HIEROSOLYMORVM &c. &c. &c.

NICOLAVS GVALTIERI.



VM Opera, quae publicam lucem ſunt conſpectura, ſummis Principibus nuncupantur, Auctorum plerique obſequio pleniſſimas quasdam dicendi formulas excogitare connituntur, quibus doni quod offerunt parvitatem excuſent, ſi forte illius magnitudini non reſpondet, qui illud humaniter dignatur excipere. Mihi vero huc confugere non eſt neceſſe, dum ad Thronum TVAE CELSITVDINIS provolutus accedens, ac venerabundus, haſce Animalium Teſtaceorum Iconas auſus ſum exhibere: quantumlibet enim exile ſit, TIBIQVE impar meum hoc munuſculum; illud tamen excuſa-

tione

tione aliqua tueri nequaquam eſt opus: hoc ſiquidem demiſſiſſimae obſervantiae meae iuſtiſſimum tributum REGIAE TVAE CELSITVDINI offerens, id ipſum AVGVSTO NOMINE TVO condecoratum exhibeo, ad quod me vehementer impellere viſus es, cum beneficiis longe ampliſſimis pro ſingulari MVNIFICENTIA TVA me cumulaſti: neque vero aliam ob rem ea poſtulare enixis precibus ab OPTIMO CLEMENTISSIMOQVE PRINCIPE in animum induxi meum, niſi ut meum mihi liceret Muſeum amplificare, & nonnihil lucis Naturali Hiſtoriae adferre, quae, prae aliis ſcientiis omnibus, in expendenda Rerum creatarum ſtructura, & Creatoris Magnificentia nullis definita terminis verſatur. Quod ſi cumulate tam bonum utilemque finem, ad quem mea conſilia, laboreſque nulla ceſſatione collimarunt, non ſum adſecutus, id ingenii mei tenuitati unice eſt imputandum: nihilominus non mea haec tenuitas ab officio me valuit exſolvere, quo notum teſtatumque omnibus facerem quantum REGIAE in me BENEFICENTIAE TVAE debeam. Interim vero magis magiſque animo confirmatus, meo quaſi iure, ea qua par eſt reverentia, ſupplex peto poſtuloque, ut meum Muſeum, ac mea huiuſmodi ſtudia reſpicere pergas, TVAQVE BENEVOLENTIA complecti. Sereno igitur vultu, PRINCEPS OPTIME, hunc qualemcumque MVNIFICENTIAE TVAE effectum excipe, TVORVMQVE REGIORVM PROGENITORVM praeclara veſtigia perſequendo literis, ac literatis viris opem Tuam, fidem, ac patrocinium impertiri non dedigneris, dum Tibi a Deo Optimo Maximo, bonorum omnium largitore, cumulatiſſimam ex omni parte felicitatem comprecor.

PRAEFATIO.

Ampridem Animalium Teſtaceorum nonnullas Teſtas collegeram, eaſque aliquo determinato ordine in meo Muſeo collocare, & diſtribuere cogitabam: dum vero id animo reputo, methodum Cl. Viri Caroli Nicolai Langii, *Lucernae* MDCCXXII. editam primum prae manibus habere mihi contigit, eamque tamquam diligentiſſime elaboratam lubenti animo amplexus ſum; ſed cum meam collectionem parvam, mancam, & methodo illi minus congruentem dolenter cognoſcerem; & cum mihi ſaepe ſaepius nonnullae difficultates in Teſtarum diſtributione obvenirent, multis in locis ab eo, quamquam invitus, diſcedere non dubitavi; non eo quidem conſilio, ut corrigerem, aut aliquid in melius immutarem; ſed ut meae opinioni, quadam fretus libertate ſatisfacerem. Quoties igitur a Clar. Langio diſſentio, ne in illa vel altera quaeſtione Lectores non ſine taedio immorarentur, omnibus illis rationibus, quae cauſae meae patrocinari poſſe viderentur, omiſſis, quae, aut facilitati, aut rerum veriſimilitudini congruere putabam, retinui, ea mente, ut ſi minus Benevolo Lectori arriderent, aut minus accurata viderentur, ad Langianam methodum facile illi eſſet confugere, & reverti.

Decreveram primo dum methodum illam lego, perpendoque, figuriſque opportunis deſtitutam animadverto, Tabulis aeneis dumtaxat decorare, & ampliare; quod quidem multis gratiſſimum fore cogitabam: ſed cum plurimae Teſtae ab eodem deſcriptae in mea collectione deſiderentur, plurimaeque aliae ab illo non obſervatae ibidem reperiantur: hinc multae mihi enatae difficultates anſam praebuerunt nonnulla pro lubito immutandi; generali tamen eiusdem methodi idea retenta, & iisdem fere ſemper adhibitis definitionibus. Quod autem in diſtributione ipſa Teſtarum, ad ſuas proprias Claſſes aliquae accommodatae non ſint, aut ſaepius repetitae, vel minus recte deſcriptae inveniantur, etiamſi ſpecierum multitudo, & affinitas aliquo modo excuſare me poſſet, id tamen a Benevolo Lectore non Langianae methodo, ſed mihi ſoli eſt imputandum.

Ab hac igitur multiplici criminatione vel immunem, vel corrigendum, tibi, Amice Lector, Indicem meum ſiſto, in quo ſolummodo, aut praecipue curavi, ut Teſtarum Icones quanto magis fieri potuit apte delineatae, & diligenter expreſſae, duplicem proſpectum baſis ſcilicet, & dorſi oſtendentes, naturalem Teſtarum figuram ſub oculo facillime ponerent; adeoque, quae hic ſunt delinea-

tae, ita prototypo ipſi reſpondent, ut de illarum characteribus Auctores illi, qui ad integram Hiſtoriam Teſtaceorum concinnandam contendunt, certum aliquid adfirmare, & ſtabilire poſſint: quare haec ſola, utcumque exigua huius Indicis utilitas, atque auctoritas erit, quam quidem Ioſepho Menabonio Florentino, magis quam mihi, in quibuslibet figuris delineandis mire excellenti, & tot iam operibus notiſſimo, referendam puto.

Hic duo vero ſeſe mihi offerunt conſideranda, quae fortaſſe aliis Auctoribus de iisdem tractantibus, vel non acciderunt, vel non ita moleſta fuerunt. Alii enim ineluctabili amicorum impulſu, vel auctoritate perſimiles lucubrationes ſuas invitos, coactoſque typis edere ſe profitentur: alii vero ſubciſivis horis, vel ruri Autumnali tempore, ut a curis ſublimioribus ſeſe aliquo modo ſublevarent, materiam iſtam Teſtaceorum per tranſennam inſpiciendam, & leviter, oſcitanterque tractandam eſſe cenſuerunt: mihi autem e contrario: in primis, vel nullus, vel ſaltem pauciſſimi Literatorum amicorum ut haec ederem adhortati ſunt; quinimmo quamplurimi occupationem iſtam, Medicinam Practicam profitenti, noxiam, inutilem, aut ſaltem minus aptam exiſtimantes, ab incoepto opere me divellere ſunt conati, Humaniores vero hoc meum ſtudium quidem probabant; ſed in hoc tam perſpicaci ſolertique ſeculo, ea quae novitatem non praeſeferant, quae non ſatis ſint explorata, & ab omni errore defectuque non ſint caſtigata, in vulgus edere valde mihi periculoſum fore iudicabant: quibus amicorum rationibus, ac praeſertim huic poſtremae, plane obtemperaſſem, niſi alacris amor quidam, & propenſio validiſſima erga Naturalem Hiſtoriam me ad Indicem hunc meum abſolvendum vehementiſſime impuliſſent: & ſane hoc geniali amore adeo abreptus fui, & hactenus obſtrictus maneo, ut omnia etiam minima ad Hiſtoriam illam pertinentia, ſi mihi poſſidere, vel ſumptibus, vel labore aut induſtria datum ſit, ſummopere laeter, & eximia voluptate repletus illico omnibus literatis Amicis palam facere cupiam, earumque naturam, indolem, raritatem, una cum ipſis ſcrutari adgrediar: quare collectis his Teſtis, etiamſi collectio haec mea minus quam mediocris ſit, etiamſi multas alias refertiſſimas ſeries, probatiori methodo diſtributas, & rarioribus Teſtaceis ornatiſſimas apud nonnullos ſapientiſſimos Concives meos ipſe ſaepius non ſine magna iucunditate, atque admiratione inſpexerim; licet quantum apud exteras eruditiſſimas Nationes huiuſcemodi ſtudia in pretio ſint abunde innoteſcat: nihilominus ingenito illo amore quae ad Muſeum meum adtinent ita proſequor, ut adductas ſuperius in contrarium rationes, etiamſi validiſſimas, praeteream, illiſque omiſſis, hunc Indicem publici iuris facere minime verear: hac ſolummodo

ductus

ductus ſpe fore, ut, ſi omnes illi, qui aeque Naturalem Hiſtoriam fovent, ac diligunt, ſuas lucubrationes, & rerum acquiſitarum Iconas in publicum edere non recuſabunt, tunc certe Naturalis Hiſtoria citiſſime ad apicem uſque perfectionis adſurgat.

Quod autem alii materiam hanc recreationis tantum titulo tractaverint, hoc illorum ſublimi ingenio, & ſtudiis maioribus accommodato tribuendum eſt: mihi autem etiam ſi in hac Naturalis Hiſtoriae parte improbo labore diu, & libenter verſatus fuerim; tamen Naturae arcana hic obſcuriora viſa ſunt, nec tam facile ingeniolo meo penetranda, ut putaveram. Revera cum unam, vel alteram Teſtaceorum Teſtam ſedulo conſiderandam in manus accipio, illico reputo, hanc, utpote externum involucrum, reſpectu ad partem Animalis mollem, quae princeps eſt, ultimo loco facile habendam eſſe: interim in parte illa molli, hoc eſt in ipſo Animali, ea quae ſunt circa peculiarem ipſius anatomen cognoſcenda, quae ad vitam conſervandam, alendam, & tutandam adtinent, quae ad modum, & tempus generationis uniuſcuiuſque ſint animadvertenda, mihi vel prorſus ſunt ignota, vel fere oſcuriſſima. Quantum vero Hiſtoriae Naturali ornamentum, & lucem accederet, ſi haec omnia explorata eſſent, & perſpicua, unde omnium horum Animalium integram notitiam haberemus, eorumque vires in motu, & univerſalem illorum economiam intelligeremus? Clariſſimus de Reamur (1) de Echinis, de Solenibus, de Pholade eruditiſſime ſcripſit, & in indagandis illorum proprietatibus, quas ſingillatim doctiſſima diſſertatione deſcribit, totum ingenii ſui acumen impendit, & provinciam illam a ſummo Philoſopho ſerio, & laborioſe tractandam eſſe luculenter oſtendit; & cum alii Celeberrimi Viri huic certamini inſudaverint, & adhuc ſtrenuam operam navent, non inutilem eſſe, aut leviter adtingendam hanc occupationem arbitrari poſſumus. Huc accedit immenſa illa varietas a multiplici illarum partium integrantium diverſitate efformata, quam certe difficillimum eſt diſtinguere, & adamuſſim cognoſcere; nam aliis omiſſis arduis difficultatibus, cum Animalia haec ſub aqua maris habitent, & plerumque in profundo verſentur, non facile ſub oculos Philoſophorum illorum proprietates cadunt conſiderandae; quandoquidem ab aqua marina Animalia illa extracta, vel vitam illico amittunt, vel ita vivunt, ut dum mortem obeunt, eorum functiones propemodum deperditae, & languidae ſint, ex quo paucas, eaſque admodum incertas propoſitiones ſtabilire poſſimus.

A mari igitur ad littora reiectae, vel ex ipſo mari extractae Teſtaceorum vacuae Teſtae facilius conſervantur, & noſtrae conſide-

rationi

(1) Memoires de l'Academie Royal des Sciences: Anno MDCCX. pag. 573. edit. Amſtelodani. Quibus iungantur, quae habet Hyacinthus Ceſtonus: *nell' Iſtoria della Grana del Kermes, pag.* 174.

rationi obiiciuntur. Teſtae vero iſtae primo intuitu mirum in modum inſpicientes delectant: ex quo fit ut uniuſcumque conditionis homines eas colligere, conſiderare, & admirari non detrectent; imo vero plurimi ſapientes Viri, & Principes ipſi illarum amplam collectionem ſibi ſummo ſtudio, maioribus impenſis comparent, & gaudeant habere copioſam.

In hiſce Teſtis figura ita omnibus ſpeciebus eſt a natura determinata, ut non caſu, aut naturae lulu elaborata ſit; ſed taliter ſui Animalis mechaniſmo neceſſario reſpondet, ut aliter eſſe non poſſit: ſicut adſerit Celeberrimus Fabius Columna (1); *ex animalis differentia, etiam Teſtae differentia provenire neceſſe eſt*.

In exordio etenim ſuae Generationis in ovo a proprio alimento Teſta ipſa incrementum acquirens, mediante liquidorum per cutis poros ſeparatorum circulatione, & adplicatione ad talem, & tantam figuram ſeſe neceſſario determinat (2). Huiuſcemodi Naturae artificium ſolertiſſime de more ſuo deſcribit doctiſſimus, & incomparabilis Steno (3) his verbis:

Omnis generis Teſtae, quae animal ſibi quondam incluſum habuere, ſenſibus noſtris ſequentia exhibent.

1. *Ipſas Teſtas integras reſolvi in teſtulas: teſtulas vero reſolvi in fila, eaque fila ad duo genera reduci, colore, ſubſtantia, & loco a ſe invicem differentia.*

2. *In teſtulis ſuperficiem ſuperiorem, inferioremque nil eſſe, niſi filorum extrema: ſuperficiem vero limbi eſſe latera eorumdem filorum in limbo teſtulae ſitorum.*

3. *In ipſa Teſta ſuperficiem interiorem eſſe eandem cum ſuperficie interiore intimae, ſeu maximae teſtulae: ſuperficiem vero exteriorem compoſitam eſſe ex ſuperficie exteriori, & minimae teſtulae, & haec, ſuperficie omnium limborum intermediarum teſtularum.*

Circa modum, quo teſtae in animalibus producuntur; ſequentia evidenter demonſtrari poterunt.

1. *Materiam filorum ſudori animalium in eo ſimilem eſſe, quod ſit humor per ſuperficiem exteriorem animalis excretus.*

2. *Filorum figuram duobus modis produci poſſe, vel in ipſis animalis poris, per quos excernuntur, vel dum creſcentis animalis ſuperficies, maior facta ſuperficie iam pridem concretae teſtulae, ab eadem recedit, adeoque glutinoſum humorem intra utramque ſuperficiem contentum partim in fila ducit (id quod humoribus viſcoſis familiare eſt) partim novi humoris excretione adauget, quod nulla alia materia intra dictas duas ſuperficies penetrare poſſit.*

3. *Diver-*

(1) Lib. de Purpura ad Lectorem Oſtrocoptam.
(2) Par M. de Reamur, Memoires de l' Academie Royal de Sciences: Anno MDCCIX. pag. 475. -- Anno MDCCXVI. pag. 218. -- Anno MDCCXVII. pag. 272. Anno MDCCXXIII. pag. 287. edit. Amſtelod.
(3) De Solido intra ſolidum: Florent. MDCLXIX. pag. 53.

3. *Diverſitatem filorum dependere a pororum diverſitate, quibus animalis ſuperficies perforata eſt, & a diverſitate materiae, quae per eoſdem poros excernitur; habet enim id generis animalium geminam ſubſtantiam in ſuperficie, quarum altera durior eſt, mollior altera, utraque fibroſa, cuius accuratior indago non parum lucis affert oſſium examini.*

4. *Teſtulas omnes, ſi extimam, ſeu minimam, exceperis, productas eſſe inter teſtam exteriorem, & ipſum animalis corpus; adeoque non a ſeipſis, ſed a loco figuras accepiſſe; quo fit ut motus animalis, & materiae quantitas, aliquam in figura varietatem ſaepius in oſtreis producat. De extima teſtula dubitari poterit, an ſuperficiem exteriorem ambiens fluidum tetigerit, an vero membrana quadam tecta fuerit; crediderim tamen ultimam opinionem ſolam locum habere. 1. Quod omnium reliquarum teſtularum fila, quo tempore concreverunt, a fluido ambiente intacta fuerint. 2. Quod in Chamis hirſutis videamus membranae, vel corio ſimile quid teſtas extrinſecus veſtire. Sed de re tantum non inſenſibili quaeſtio eſt, & dici poterit intra ovum iam tum induruiſſe primae teſtulae fila; quandoquidem experientia conſtet, Oſtrea, & alia Teſtacea, ex ovis, non ex putredine naſci.*

Ex dictis facile explicatur. 1. Omnis illa varietas colorum, & aculeorum, quae in teſtis, tum noſtratibus, tum peregrinis admirationem multorum merentur; cum aliunde non procedat, quam ex limbo animalis teſta incluſi. Etenim hic limbus, dum ex parvulo ſenſim creſcit, & dilatatur, in ſingulis teſtularum oris ſui imaginem relinquit; quandoquidem dictae orae vel concreſcant ex humore, qui ex limbo animalis exſudat, vel ſint ipſi limbi animalis, qui ut in canibus marinis dentes, de novo forſitan ſuccreſcunt in prioris limbi locum, & eorumdem dentium inſtar verſus exteriora ſenſim evolvuntur, &c.

Figura igitur illa, & fabrica Teſtarum tam interne, quam externe in unaquaque ſpecie eſt admirabilis, ibique talem Architecturae ordinem, & proportionem admiramur, ut non poſſit Ars eam imitari, ſed nec ulla verba ſatis exprimere. Praeter enim eam conſtructionem, quae magis obvia, & oeconomiae Animalis neceſſaria nobis videtur, nonnullae alie accedunt conformationes, quae mirum in modum pulcritudinem, & venuſtatem augent: uti ſunt diverſarum Striarum ordines, Tuberculi varii hinc inde diſpoſiti, Papillae, Tubera, Aculei, Globuli, oris praecipue, & labiorum diverſa conſtructio, Ventricoſitas, Fragilitas, Durities thalamorum internorum ordines, Vmbones, Mucrones, Rugae, Canaliculi, &c. quibus Striatae, Tuberoſae, Aſperae, Granulatae, Grandinatae, Scobinatae, Muricatae, Labioſae, Vmbonatae, vel Mucronatae dicuntur. Quae omnia a varia Animalis conformatione determinantur; ita ut tamquam e principio certo, & immutabili eorum characteriſticae deno-

minationes oriantur, quibus certa methodus ad eas diſtribuendas, & ordinandas eruitur.

Colorum inſuper varietas admirabilis, & diſtributio in Teſtis, non minus quam Figura ipſa, delectat: nam nonnullae unico tantum colore externam ſuperficiem habent depictam; aliae vero vel duplici, vel triplici colore ſunt variegatae, faſciatae, maculatae, reticulatae, nebulatae, punctatae, lineatae, & diſtinctae, ut maximam admirationem intuentibus adferant, utpote elegantiſſime in ſua Bucchereide Celeberrimus Bellinius adnotavit (1):

E che ſtupor di ſmalti, e di colori
Tutta la Nicchieria contiene in ſe!
Bianchi lattati, neri come mori;
Verdi, perſi, ponsò, mavì, dorè;
A ſcacchi, a ſchizzi, a sbarre, a ſpicchi, a fiori,
A onde, a righi, infin de la ſol re:
V' è il Nautilo d' argento vera nave
Viva, e di carne, e non d' aſſe, e di trave.

Praeter illam enim ſingularem diverſitatem, Colores illi ita ſibi invicem ſunt diſtributi, & ordinati, ut nulla admiſſa confuſione ſeſe ſplendide oſtentent, & quandam inexplicabilem harmoniam cum aliis efforment. Haec Colorum varietas, & diſtributio, ſtabilis quoque, & immutabilis eſt, niſi aliquando ab aetate, vel a morbo ipſius Animalis, vel ab aliis accidentibus, quibus Animal in tanta maris, & terrae vaſtitate eſt obnoxium, aliquo modo imminuatur, atque alteretur. Quae quidem determinatio Colorum, ut ſupra innuimus, de Teſtarum permanente Figura, & Conformatione, ab interno, & determinato cuiuſcumque Animalis mechaniſmo aequaliter pendet, ac producitur: unde etiam Colorum ſpecialis conformatio non leviter confert ad Teſtas ipſas diſtribuendas, & ordinandas, & ad characteriſticam illarum, naturam eruendam, ut docet laudatiſſimus de Reaumur (2) *L'ur different couleur prouve la difference de leur tiſſure.*

Haec pauca ſummatim adtingere volui, ut inde clarius adpareat quantum laboris, induſtriae, & ſcientiae, hoc Animalium Teſtaceorum ſtudium a Curioſorum ingeniis requirat: de quibus certe non per tranſennam inſpiciendum, ſed ſerio, maximaque cura pertractandum eſt: unde mihi plurima, quae iam congeſſeram, interim omittenda ſunt, cum meum hic non ſit in huius tam praeclarae Hiſtoriae Naturalis parte perſcrutanda, oculos defigere, ſed tantum purum, ſimplicem, & aridum nonnullarum Teſtarum a me acquiſitarum

(1) Pag. 196.

(2) Loco citato, pag. 497.

rum Indicem concinnare, & collectam materiam in hisce meis Tabulis sapientibus Viris evolvendam offerre.

Praeter Aristotelem, & Plinium multi alii cum Graeci, tum Latini Auctores celebratissimi de Animalibus Testaceis, deque illorum Testis luculenter tractarunt; nullo tamen servato ordine: & parum, aut nihil de eorumdem conformatione soliciti generalem tantum divisionem vel a loco, vel a quibusdam miris proprietatibus desumptam instituere, illas univalvas tantum, vel bivalvas considerantes.

In multis antiquis Gemmis saepe alicuius Animalis Testacei Figura impressa cernitur: de cuius rei significatione, & usu eruditissimam Dissertationem exaravit Clarissimus Antonius Cocchius, Medicinae, & Anotomiae Professor sapientissimus, & Regius Cimeliarcha. Compertum siquidem est veteres miraculis hisce naturae, quae in Testis & Conchis observantur, mirifice delectatos esse. Id testantur antiquae Gemmae, in quibus conchae rostratae ad purpuras, de quibus Plinius (1), turbines, & conchylia, egregio artificio sculpta sunt, additis etiam litteris, ut videre est in Volumine II. (2) Musei Florentini, editi ab amico meo optimo, Viro Celeberrimo, Antonio Francisco Gorio, in patrio Lyceo Historiarum Professore. His adde cochleas, & nautilos, e quorum ore varia animalia, nimirum equi, tauri, canes, vulpes, lepores, mures, ludicro spectaculo prodeunt: adde vetera numismata, praesertim omnium antiquissima Italica, & Etrusca, ex aere fuso, in quibus conchae, & ostrea signata adparent; ne quid dicam de Tyriorum nummis, in quibus conchylium est eiusdem praeclarissimae urbis insigne. Inter insuper antiquas Lucernas, eruditis emblematis ornatissimas, nuper a Cl Viro Ioanne Baptista Passerio ex refertissimo Museo suo desumptas, illustratas, & nitidissime aeri incisas (3), observanda est, quae delineata fuit in Tab. LI. & descripta pag. 56. nam ex ipsa arguitur, etiam illis temporibus, circa nempe seculum secundum post Christum natum, non solum in pretio fuisse hoc studium Animalium Testaceorum ad aliqua mysteria significanda; sed etiam de istis saltem summa genera, & discrimina nota fuisse, & explorata.

Similiter consecutis temporibus, praeter Gesnerum, Ionstonium, Rondeletium, Aldovrandum, Vormium, clarissimi Auctores alii, etiamsi de Testaceis tractaverint, eorumque adcuratissimas Iconas expresserint, nullus tamen ad Testas illas ordinandas methodum certam, & stabilem concinnavit. Primus itaque methodum excogitavit Clar. Vir Ioannes Daniel Maior, Medicinae Practicae publicus Professor Kilienfis (4), qui indignabundus exclamat: *Ad laborem, inquam, hunc ne-*

mo

(1) Lib. IX. Cap. XXXVI.
(2) Tab. XXI. num. IV. & Tab. XCV. num. VII.
(3) Tom. I. Pisauri MDCCXXXIX.
(4) Adnotationes in Librum de Purpura, Fab. Column. Kiliae MDCLXXV.

mò Auctorum hucusque, quod sciam, efficacia ulla se composuit; sed si omnes ita cogitare vellemus, quis tandem dissipatae in mille lacunas doctrinae Ostracologicae ferret auxilium, ad quem exornandam non minus, quam praedicanda Magnalia Dei cetera, tenemur &c. Methodus vero haec, etiamsi summa diligentia elaborata, tamen tamquam non absolutissima iudicanda est, itaut adhuc ampliori forma indigeat, & ipsemet Auctor indicat se aliquando facturum, ut loco citato innuit; *Nisi nunc quidem, monstrandi genuinam doctrinae sedem, circa Testas a Columna allatas praesertim potior cura esset*. Ab isto vero Clar. Auctore Partem quintam huius mei Indicis desumpsi, quae Testas Polytomas complectitur; ab eo quoque Testacea plurivalvia nuncupatas, inter quas similiter & ipse Conchas Anatiferas, & Balanos enumerat (1). Conscripsit deinde novam methodum Celeberrimus Martinus Listerus Anglus, de Historia Naturali optime meritus, & eam Tabulis (2) a duabus suis filiabus exactissime exaratis mire exornavit, ubi certe summa diligentia, & eruditione rarissimas quasque Testas quamplurimas cum selectis animadversionibus describit. In actuario quoque Musei Balfouriani (3), in Museo Kircheriano Celebratissimi Patris Bonanni (4), in Thesauro Cochlearum, Concharum, & Conchyliorum Musei Amboinici Georgii Everardi Rumphii (5), ubi prae ceteris ad vivum Testae expressae sunt, & quem saepenumero citavi, in Systemate sapientissimi Viri Caroli Linnaei Sveci (6), ordo aliquis, & distributio quaedam inspicitur, sed non absolutissima Methodus eruitur.

Nuperrime Cl. Breynius in aurea sua Dissertatione de Polythalamiis (7), huiuscemodi methodi fundamenta iecit, quibus certe meum hunc Indicem ordinassem, nisi iam Tabulas fere omnes confectas habuissem, cum in illam Dissertationem inciderem: interim ego, quod potui, plurima ex illa citata Dissertatione circa Polythalamia desumpsi, & ad eius mentem, ordinem, & definitiones in Echinis distribuendis adhibui, quod citationibus opportunis indicabitur.

Praestantissimus Tournefortius, Botanicorum Princeps, novam methodum ad Testas distribuendas conscripsit, eamque in Codice MS. reliquit, quam ante paucos hos dies a Cl. Viro Ioanne Targionio, Medicinae, & Botanices Professore eximio, accepi; & ut commodo eorum inserviam, qui Testarum methodum in meliorem formam redactam exoptant, utramque & Tournefortii, & Breynii methodum hic subiiciendam curavi, ut cum Langiana methodo in hoc Indice a me adhibita comparentur, & considerentur, ut facem praeferre possint iis, quibus Historiae Animalium Testaceorum incrementum, & studium adridet.

IN

(1) Ad calcem eiusdem methodi ad Tabulam X.
(2) Historia Conchiliorum, in fol. Londini MDCLXXXV.
(3) Edimburgi MDCXCVII.
(4) Romae MDCCIX.
(5) Lugduni Batavor. NDCCV.
(6) Systema Naturae. Lugduni Batavor. MDCCXXXV.
(7) Gedani MDCCXXXII.

INTRODVCTIO
AD HISTORIAM TESTACEORVM
A CELEBERRIMO
PICTONE TOVRNEFORTIO
IN CODICE MS. RELICTA.

TEſtacea adpello quorundam Animalium integumenta, quae teſtae, ſeu lateris duritiem habent, & in quibus tanquam in Teſta Animalia vivunt, quae a Graecis eam ob cauſam ὀστρακοδέρμα dicebantur.

Ex quibus patet Teſtudinem inter Animalia Teſtacea non recenſendam, cum huius contextus ad cornu potius, quam ad Teſtam accedat: Teſta enim neſcio quid lapidei fragilis potius, quam ductilis ſignificat, ut in fictilibus obſervare eſt.

Teſtacea autem omnia, quae hucuſque in Muſeis curioſorum adſervari, & congeri ſolent, ad tres Claſſes facile revocari poſſunt: Haec enim vel MONOTOMA ſunt, vel DITOMA, vel POLYTOMA. *Monotoma* Teſtacea adpello, quorum Teſta indiviſa eſt. *Ditoma*, quae geminis conſtant Teſtis ad cardinem connexis. *Polytoma* vero, quae ex pluribus ſimul adnexis compinguntur.

CLASSIS PRIMA
QVAE TESTACEA MONOTOMA COMPLECTITVR.

TESTACEA MONOTOMA, quorum Teſta indiviſa eſt, in tres Familias abeunt: alia enim VNIVALVIA ſunt, alia SPIRALIA, alia FISTVLOSA.

FAMILIA PRIMA TESTACEORVM VNIVALVIVM.

MONOTOMA VNIVALVIA dicimus, quorum Teſta ſimplex eſt, in os amplius effuſa, haecque ſunt LEPAS, & ERVCA.

LEPAS, eſt Teſtacei Vnivalvis Genus, cuius os, quod latum eſt, ſenſim in conum anguſtatur, cotylidonis forma: Huius ſpecies ſunt: Lepas (*Rondeletii pag.* 4.) quae Lepas, ſeu Patella Maris Mediterranei dici poteſt, huius Maris ſcopulis adhaeret omnibus. Lepas, ſeu Patella Cypria maior ſtriata (*Ionſtonii*). Lepas Indica ſtriata, candicans, lituris ſpadiceis imbricatim poſitis ornata, cum apice ſpadiceo. Lepas Indica ſtriata, & aculeata. Lepas Indica ſulcata, & tuberoſa. Lepas ſtellata minor candicans, lituris nigris variegata. Lepas ſtriata minor apice perforato.

ERVCA, Teſtacei Vnivalvis Genus, ſulcatum, coſta ſic prominente, labiiſque eo modo undulatis, ut Erucam terreſtrem ſe contrahentem non male referat.

FAMILIA SECVNDA TESTACEORVM SPIRALIVM

MONOTOMA SPIRALIA dicimus Teſtacea, quorum pars inferior in ſpiram contorquetur: horum autem ſpirae, ſeu helices exterius patent, & ſimpliciter Spiralia dicuntur, vel eorum ſpira intus reconditur, & Convoluta dicuntur.

MONOTOMA SIMPLICITER SPIRALIA, ſeu quorum ſpira exterior eſt, plura Genera ſunt: quorum.

MVREX, Teſtaceis ſimpliciter Spiralis Genus eſt, ore anguſto, & longiori, helice vero, ſeu parte inferiori, quae in Cochleam intorquetur, breviori: ex Muricibus vero, alius eſt Alatus, alius Aporrhais, ſeu Hamatus, alius Pyramidalis.

MVREX ALATVS, dicitur ille, cuius labium ſiniſtrum in alas explicatur: huius ſpecies ſunt: Murex marmoreus (*Rondelet. pag.* 76.). Murex Americanus craſſiſſimae teſtae. Murex Americanus alter teſtae mediae. Murex lacteus (*Rondelet. pag.* 78.). Murex aculeatus (*Ionſtonii.*)

MVREX APORRHAIS, ſeu HAMATVS differt ab alato, quod labium eius ſiniſtrum in pinnas tenuetur; ſulcatus, acutus, & quandoque hamatus: huius ſpecies ſunt: Aporrhais (*Rondelet. pag.* 79.). Murex hamatus variegatus araneam referens.

MVREX VENEREVS, rima ſua, ſeu ore anguſtiore Conchae Venereae fiſſuram aemulatur. Huius ſpecies ſunt: Murex triangularis (*Rondelt. pag.* 77.). Murex Americanus maximus caſſidam referens.

MVREX PYRAMIDALIS, a forma nomen ſuum deſumpſit; Pyramidem enim ſeu Conum repraeſentat; neque recte a Rondeletio praeſtantiſſimo viro Cochlea Cylindroides adpellari videtur. Huius ſpecies ſunt: Cochlea Cylindroides (*Rondelet. pag.* 99.), cuius innumerae ſunt varietates, a coloribus petendae.

BVCCINVM, Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus eſt, quod os rotundius habet, quam Murex; Cochleam vero longiorem. Huius ſpecies ſunt: Buccinum (*Rondelet. pag.* 81.). Buccinum Orientale Teſta craſſiore. Buccinum Americanum luteo pallore decolor. Buccinum Americanum ex albo, & ſpadiceo variegatum. Buccinum variegatum exoticum (*Columnae pag.* 16.). Buccinum hirſutum (*Columnae pag.* 12.) Buccinum tenuiſſimae Teſtae candicans, & tuberculis notatum.

Bvccino--Mvrex, ore ſuo Muricem, helice vero Buccinum aemulatur. Huius ſpecies ſunt: Buccino--Murex Spadiceus, vitta ex rufo candicante inſignitus. Buccino--Murex Spadiceus, ore anguloſo, helice undulata, vitta ex candido rufeſcente notata. Buccino--Murex aculeis horridus, ex nigro, & albo ſordeſcens.

Pvrpvra, eſt Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus, Cochleam Terreſtrem aemulans, ſed in roſtrum ſulcatum, & longum abiens. Huius ſpecies ſunt; Purpura (*Rondelet. pag.* 64.). Purpura echinata. Purpura echinata cinerea. Purpura tuberoſa mire variegata.

Bvccino--Pvrpvra, eſt Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus, parte ſuperna Purpuram, inferna Buccinum exhibens. Huius ſpecies ſunt: Buccino-Purpura ore dentato, roſtro tenui, rufeſcente. Buccino Purpura roſtro breviore acuminato. Buccino Purpura tuberoſa, & ſtriatata.

Peribolvs, eſt Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus, ore minimo, helice vero longiſſima, & tenuiſſima. Huius ſpecies ſunt; Peribolus candicans ſtriatus. Peribolus ſtria ſulcata in helicem contorta inſignitus. Peribolus tuberoſus, & aculeatus. Peribolus ſpadiceus, helice candida hamis concoloribus armata. Peribolus helice in vittam compreſſo ex albo, & purpuraſcente inſignitus. Peribolus candidus helice in vittam compreſſo, teſſellis rufeſcentibus notatus. Peribolus purpuraſcens helice in vittam compreſſo, teſſellis amplioribus notatus.

Tyrbo, Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus totum paene in cochleam, turbinibus ligneis, quibus pueri ludere ſolent ſimillimum, abiens: huius os, ſeu baſis lata, & compreſſa eſt, quaſi ſeſſilis. Huius ſpecies ſunt; Turbo Perſicus maximus (*Columnae pag.* 60.). Turbo marmoreus ſanguineis lituris variegatus. Turbo argenteus ore aurito, Turbo aculeatus helice glauco. Turbo radiatus aureus. Turbo radiatus argenteus.

Verticillvs, a Turbine vulgari differt, quod habet in baſi umbilicum, in ſpiram excavatum.

Cochlea, Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus ambitu ſubrotundo, nunc compreſſo, nunc ſphaerico. Cochlea alia eſt Terreſtris, alia Marina, ſeu in Mari degens.

Cochlea Terrestris, nemini ignota eſt, tenuioris eſt Teſtae, quam maritima, nitoreque illo argenteo caret, quo marina fulgere ſolet. Huius ſpecies ſunt: Cochlea cinerea edulis maxima (*Liſteri pag.* 112.) Cochlea vulgaris maior pulla, maculata, & faſciata, hortenſis (*Liſteri pag.* 113.). Cochlea citrina, aut leucophaea (*Liſteri pag.* 116.).

Ceratites, Cochleae Terreſtris Genus, Cornu Ammonis modo intortum. Huius ſpecies ſunt: Cochlea Purpuram fundens (*Liſteri pag.* 143.). Cochlea quaedam Terreſtris compreſſa, de qua conſule Geſnerum.

Cochlea Marina, Terreſtrem craſſitie Teſtae ſuperat, ſoletque argenteo ſplendore, os, & umbilicum habere diſtinctum. Huius ſpecies ſunt: Cochlea marina, argenteo nitore fulgens, nigris maculis notata. Cochlea marina maxima tota argentea. Cochlea marina maxima Teſta externe vireſcente. Cochlea marina nigerrima, argenteis guttis inſignita.

Nerita, Teſtacei ſimpliciter Spirali Genus, Cochleae affine, dorſo convexo, ore ſemicirculari, ut plurimum dentato. Huius ſpecies ſunt; Nerita dorſo ſtriato, ex albo, & nigro variegata. Nerita dorſo ſtriato, ex albo, & purpureo variegata. Nerita dorſo levi mire variegata.

Avris Marina, Teſtacei ſimpliciter Spiralis Genus, quod auris humanae partem exteriorem repraeſentat. Huius ſpecies ſunt: Auris marina Teſta variegata. Auris marina Teſta echinata. Auris marina Teſta candidiſſima.

Testacea Monotoma Spiralia Convolvta adpello, quae Cochleam interiorem habent, vix foris conſpicua. Horum Genera ſunt:

Concha Venerea, Teſtacei Spiralis Convoluti Genus, cuius os pudendi muliebris fiſſuram exhibet, labiis ſeſe introrſum ſic convoluentibus, ut ſpira ſit interior. Huius ſpecies ſunt: Concha Venerea ſecunda ſpecies, ſive faſciata (*Rondelet. pag.* 103.) Conchae Venereae quarta ſpecies (*Rondelet. pag.* 103.) Concha Venerea baſi ſeſſili, Teſtae ſolidioris, ſpadicea, cum guttis dilutioribus. Concha Venerea oculata.

Concha Persica, Teſtacei Spiralis Convoluti Genus, cuius os ampliſſimum eſt, ſpira vero adeo parva, ut vix adpareat. Huius ſpecies ſunt: Concha Perſica maior (*Ionſtonii*). Concha maxima, Neritoides exotica, candida (*Column. pag.* 69.). Concha Neritoides altera minor variegata (*Column.*).

Navtilvs, Teſtacei Spiralis Convoluti Genus, Cymbium forma ſua referens, cuius puppis in arcum convolvitur. Huius ſpecies ſunt: Nautilus argenteus Teſtae craſſioris. Cochlea Olearia antiquorum (*Rondelet. pag.* 96.). Nautilus umbilicatus. Nautilus Teſtae levioris, Teſtacei Polypi prima ſpecies (*Rondelet. pag.* 517.).

Conchylivm, Teſtacei Spiralis Convoluti Genus, cuius os longum, ſpira interior, baſis vero terebrata. Huius ſpecies ſunt. Concha Perſica terebrata Anglorum. Concha utroque latere ſe colligens.

FAMILIA TERTIA TESTACEORVM FISTVLOSORVM.

Testacea Monotoma Fistvlosa, ſeu Tvbvlosa, ut ex nomine patet, Fiſtulae in modum tenuantur. Huius Genera ſunt:

Dentale, Teſtacei Fiſtuloſi Genus, cornu acutum, ſeu apri dentem repraeſentans.

Entale, Teſtacei Fiſtuloſi Genus, cornu obtuſum, ſeu truncatum exhibens.

Tvbvli Marini, Teſtacei Fiſtuloſi Genus, tubulos ſerpentium more inflexos aemulans.

CLAS-

CLASSIS SECVNDA.

QVAE TESTACEA DITOMA CONTINET.

Testacea Ditoma, ſemper ex duabus Teſtis ad cardinem articulatis compinguntur, & vel arcte undique clauduntur, vel utrinque hiant; unde in duas Familias dividi poſſunt.

FAMILIA PRIMA TESTACEORVM DITOMORVM QVAE ARCTE CLAVDVNTVR.

Huius Generis plura novi, ſcilicet Concham, Concvlam, Pectinem, Pectvncvlvm, Ostrevm, Mytvlvm, Pholadem, Pinnam, Pernam.

Concha, Teſtacei Ditomi Genus ex duabus Teſtis ſubrotundis arcte ſe claudentibus, & articulatis conſtans, quorum cardines mediam ſemper partem occupant. Huius ſpecies ſunt. Concha imbricata marmorea maxima. Concha imbricata variegata minor. Concha ſtriata (*Rondel. pag.* 21.). Concha echinata (*Rondelet. pag.* 22.). Concha corallina (*Rondelet. pag.* 25.). Concha rugata (*Rondelet. pag.* 25.). Concha nigra (*Rondelet.*). Concha faſciata (*Rondelet. pag.* 32.) Concha craſſae teſtae (*Rondelet. ibidem*).

Concvla, Teſtacei Ditomi Genus, a Concha diverſum, quod ex duabus Teſtis oblongis, cardine in extremo poſito confletur. Huius ſpecies ſunt: Concha longa (*Rondelet. pag.* 23.). Concha longa altera (*Rondelet. pag.* 23.). Concha longa Oceanica. Concha rhombides (*Rondelet. pag.* 27.).

Ostrevm, Teſtacei Ditomi Genus, Teſtae craſſioris orbiculatae, compreſſae, cardine medium occupante. Huius ſpecies ſunt: Oſtrea (*Rond. pag.* 37.). Oſtrea ſylveſtria (*Rond. pag.* 40.). Concha margheritifera.

Mytvlvs, Teſtacei Ditomi Genus, cuius Teſtae una parte acutae, altera ſubrotundae ſunt, angulo obtuſo medium occupante, cartilagine non cardine connexae, ab angulo acuto, ad obtuſum protenſae. Huius ſpecies ſunt: Mytulus (*Rondelet. pag.* 46.). Mytulus (*Rondelet. pag.* 48.). Mytulus Teſta viridante. Mytulus Teſta ianthina.

Pinna, ſola magnitudine a Mytulo differt. Huius ſpecies ſunt: Pinna magna (*Rondelet. pag.* 50.). Pinna parva (*Rondelet. pag.* 53.).

Perna, a Pinna differt, quod Pinna ſit Teſta ſimplici imbricata plerumque. Perna vero ſecundum longitudinem ſtriata.

Pholas, a ceteris ſuae ſortis maxime differt, quod Dactyli figuram habeat, & in ſaxo niduletur.

Pecten, Teſtacei Ditomi Genus, cuius Teſtae ad cardinem duabus auribus ornantur. Huius ſpecies ſunt: Pecten (*Rondelet. pag.* 15.). Pecten alter (*Rondelet. pag.* 17.) Pecten Teſta variegata, tuberoſa. Pecten Teſta rubra. Pecten Teſta nigra.

Pectvncvlvs, a Pectine differt, quod aures habet inaequales, maiorem unam, alteram minorem, vel quandoque unam tantum. Huius ſpecies ſunt: Pectunculus (*Rondelet. pag.* 18.). Pectunculus candidiſſimus. Pectunculus flaveſcens. Pectunculus variegatus granulatus.

FAMILIA SECVNDA TESTACEORVM DITOMORVM QVAE SEMPER HIANT.

Haec Teſtacea non ſolum ſemper hiant, & Teſtas habent apertas, ut ait Rondelètius pag. 10. *ſed etiam ſi claudantur Teſtae anterius ſibi adhærent, & utrinque ad latera hiatum habent: Huius Generis ſunt:*

Chamae, Teſtacei Ditomi Genus ſubrotundum, lateribus ita ſinuatis, ut etiam ſi claudantur, ſemper hiant. Huius ſpecies ſunt: Chama peloris (*Rondelet. pag.* 11.). Chama nigra (*Rondelet. pag.* 14.). Chama glycimeris (*Rond. pag.* 13.).

Solen, Teſtacei Ditomi Genus, novaculae manubrium referens, anterius clauſum, ad latera hians. Huius ſpecies ſunt: Solen mas (*Rondelet. pag.* 43.). Solen femina (*Rondelet. pag.* 44.). Solen Teſta maxima candida. Solen Teſta minori nigricante.

CLASSIS TERTIA.

QVAE POLYTOMA CONTINET.

Polytoma Teſtacea dicimus, quorum Teſtae ex pluribus partibus, vel articulatis, vel per cartilaginem connexis compinguntur: unde in duas Familias abeunt.

FAMILIA PRIMA EORVM QVORVM PARTES ARTICVLANTVR.

Echinvs, Teſtacei Polytomi Genus, cuius partes per ſuturam articulantur, & aculeis muniuntur. Huius ſpecies ſunt: Echinus (*Rondelet. pag.* 578.). Echinometra (*Rondelet. pag.* 581.).

FAMILIA SECVNDA EORVM QVORVM PARTES PER CARTILAGINEM CONNECTVNTVR.

Balanvs, Teſtacei Polytomi Genus cuius partes per harmoniam articulantur. Huius ſpecies ſunt Balanus (*Rondelet. pag.* 29.). Balanus minimus (*Rondelet. pag.* 30.).

IOANNIS PHILIPPI BREYNII

VIRI CELEBERRIMI

DISTRIBVTIO METHODICA GENERALIS TESTARVM

SVMMATIM EXCERPTA

A CAPITE PRIMO DISSERTATIONIS PHYSICAE DE POLYTHALAMIIS

§. 8. *pag.* 4. *&c. Gedani* MDCCXXXII.

SI iam Teſtaceorum omnium *Teſtas*, quotquot hucuſque ad notitiam meam pervenere, quarum ſane haud exiguus eſt numerus, ſedulo oculis & mente examino & perpendo; invenio, eas vel *Tubulo* comparari poſſe, vel *Vaſculo:* illas *Tabuloſas* voco, has *Vaſculoſas*.

Tubuloſas ſubdivido in *Monothalamias:* ut ſunt Tubulus & Cochlidium, & *Polythalamias:* ut Polythalamium; *Vaſculoſas* vero in *Simplices:* ut Lepas; & *Compoſitas:* ut Concha, Conchoides, Balanus, & Echinus.

Monothalamia eſt, quae unicam tantum habet cavitatem continuam, ſeu thalamum, quem totum occupat animalis portio mollis; cui opponitur *polythalamia*.

Simplex Teſta eſt, quae unica Teſta continua conſtat; Compoſita vero, *quae ex pluribus una portionibus componitur*. Octo hinc naſcuntur *Teſtaceorum ſumma genera*, quae *Claſſes* nuncupo: videlicet I. TVBVLVS. II. COCHLIDIVM. III. POLITHALAMIVM. IV. LEPAS. V. CONCHA. VI. CONCOIDES. VII. BALANVS. & VIII. ECHINVS.

TVBVLVS ſecundum me eſt *Teſta tubuloſa monothalamia, vel in lineam rectam extenſa, vel incurva, vel contorta, vel aliquando ad ſpiram, ſed irregulariter, accedens*. Huc pertinent *Dentalia*, *Entalia*, *Solenes univalves* Auctoribus dicti &c.

COCHLIDIVM eſt *Teſta tubuloſa, monothalamia, conica, in ſpiram conſtanter regularem convoluta;* aliquando operculo praedita, ſaepius vero eo deſtituta. Ad hanc Claſſem ſpectant: *Nautili tenues*, ſive *vacui* vulgo dicti, *Aures marinae*, *Neritae*, *Cochleae*, *Buccina*, *Murices*, *Caſſides*, *Cylindri*, *Volutae*, *Porcellanae*, & uno verbo omnes *Teſtae turbinatae* vulgo; exceptis Nautilo & Ammonia, ad claſſem tertiam referendis.

POLYTHALAMIVM eſt *Teſta tubuloſa polythalamia, conica, recta, vel in ſpiram regularem convoluta, cum ſiphunculo thalamos tranſeunte*. Huc reducendi *Nautili*, *Ammoniae*, *Litui*, & *Orthocerata*.

LEPAS eſt *Teſta vaſculoſa, ſimplex, referens vaſculum magis minuſve concavum, orificio multum patente*. Vt *Patellae*, ſimileſque.

CONCHA eſt *Teſta vaſculoſa, compoſita, bivalvis, i. e. quae ex duabus componitur valvis, ſive vaſculis magis minuſve concavis, in cardine articulatione quadam inter ſe iunctis, ut aperiri & claudi queant*. Vt *Chamae*, *Mytuli*, *Tellinae*, *Pinnae*, *Oſtrea*, *Pectines*, *Anomiae*, *&c.* omnia ſcilicet *bivalvia* ſtricte Auctoribus dicta.

CONCHOIDES eſt *Teſta vaſculoſa, compoſita bivalvis; ſed quae praeterea ex aliquot minoribus portiunculis teſtaceis componitur*. Vt *Pholades*, *Anatiferae*.

BALANVS eſt *Teſta vaſculoſa, compoſita, quae praeter unicam maiorem Teſtam, alias portiones minores habet, ex quibus componitur*. Vt *Balanus* vulgo dictus.

ECHINVS eſt *Teſta vaſculoſa, compoſita, undique clauſa, magis minuſve concava; duobus tantum foraminibus, ſeu aperturis pro ore & ano prerforata; externe aculeis, vel claviculis mobilibus teſtaceis armata, &c.*

Poſtremo notandum eſt, quod Figurae omnes Teſtarum huius Indicis naturalem magnitudinem ſuam exprimunt, praeter illas, quae talem notam ⊙ praeſeferunt, nam haec, prout oculo armato auctae adparent, ſunt delineatae, ut inde clarius illius Teſtae conſtitutio inſpiciatur, quae nudo oculo conſpicua vix erat.

madrepora porites. l. n. 31.

TOTIVS INDICIS PROSPECTVS ET ORDO.

TEſtaceum, ſeu Conchylium (*ex Breynio §. 4. & 5. pag. 3.*) conſtat ex duabus partibus, quarum una mollis eſt, & quia viſcera Animalis, & principium vitae continet, princeps; altera vero durae, & lapideae conſiſtentiae, priori domicilium praebens, & tegumentum, quae Teſta dicitur. TESTA, igitur, EST INVOLVCRVM DVRVM, ET LAPIDEVM, CEV DOMICILIVM, ET TEGVMENTVM ANIMALIS VEL IN SICCO, VEL IN AQVIS DVLCIBVS, VEL IN MARI DEGENTIS.

Haec definitio Teſtam Animalis Teſtacei ab aliis Teſtis ſatis diſtinguit, nimirum a Cruſta Cruſtaceorum, quae etiam eſt involucrum, plerumque lepideum, ſed non ceu domicilium, ſed ut cutis, ſive Lorica, quae Animalia Cruſtacea undequaque tegit; & ab involucro Teſtudinum, quod domicilium illis eſt, verum non lapideum, ſed ex oſſea, & cornea ſubſtantia conflatum.

PARS PRIMA
TESTAE EXOTHALASSIBIAE.

- CLASSIS PRIMA. Terreſtres.
  - SECTIO PRIMA. Cochleae breviores.
    - Vulgaris. *Tab.* 1. & 2.
    - Vmbilicata. *Tab.* 2.
    - Depreſſa. *Tab.* 3.
    - Depreſſa, & umbilicata. *Tab.* 3.
  - SECTIO SECVNDA. Mucrone elongato.
    - Turbo terreſtris. *Tab.* 4.
- CLASSIS SECVNDA. Fluviatiles.
  - SECTIO PRIMA. Non turbinatae.
    - Patella. *Tab.* 4.
  - SECTIO SECVNDA. Turbinatae.
    - Cochlea depreſſa. *Tab.* 4.
    - Nerita. *Tab.* 4.
    - Buccinum. *Tab.* 5. & 6.
    - Turbo. *Tab.* 6.
  - SECTIO TERTIA. Conchae.
    - Muſculus. *Tab.* 7.

PARS SECVNDA.
TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE.

- CLASSIS PRIMA. Simplices.
  - SECTIO PRIMA. Vaſculoſae.
    - Patella.
      - §. 1. Limbo integro. *Tab.* 8.
      - §. 2. Limbo laciniato. *Tab* 9.
      - §. 3. Vertice perforato. *Tab.* 9.
      - §. 4. Vertice intorto. *Tab.* 9.
      - §. 5. Structura peculiari. *Tab.* 9.
  - SECTIO SECVNDA. Tubuloſae.
    - Tubulus regulariter intortus.
      - §. 1. Dentalis. *Tab.* 10.
      - §. 2. Radiciformis. *Tab.* 10.
      - §. 3. Bucciniformis. *Tab.* 10.
    - Tubulus inregulariter intortus vermicularis. *Tab.* 10.
    - Tubulus inregulariter intortus vermicularis concameratus. *Tab.* 10.
- CLASSIS SECVNDA. Quae internam fabricam occultant.
  - SECTIO PRIMA. Vaſculoſae.
    - Cymbium. *Tab.* 11. 12.
    - Nux marina. *Tab.* 12. 13.
    - Porcellana.
      - §. 1. Vulgaris. *Tab.* 13. & 14.
      - §. 2. Thoracica. *Tab.* 14.
      - §. 3. Fimbriata. *Tab.* 15.
      - §. 4. Integra. *Tab.* 15.
      - §. 5. Spiralis. *Tab.* 16.
  - SECTIO SECVNDA. Tubuloſae polythalamiae.
    - Nautilus. *Tab.* 17. & 18.
    - Ammonia. *Tab.* 19.
    - Orthoceras. *Tab.* 19.

PARS TERTIA.

COCHLAE MARINAE.

- **Classis Prima.** Cochleae longae.
  - *Sectio Prima.* Ore labiis rectis.
    - Conoidea. *Tab.* 20. 21. & 22.
    - Cylindroidea. *Tab.* 23. & 24.
  - *Sectio Secvnda.* Pyriformis.
    - Vulgaris. *Tab.* 25. & 26.
    - Intorta integra. *Tab.* 26. & 27.
    - Intorta sulcata. *Tab.* 27. & 28.
    - Intorta cylindroidea. *Tab.* 29.
- **Classis Secvnda.** Cochleae canaliculatae.
  - *Sectio Prima.* Rectae.
    - Tenuior. *Tab.* 30.
    - Purpura. *Tab.* 30.
  - *Sectio Secvnda.* Incurvatae.
    - Introrsum. *Tab.* 31.
    - Extrorsum. *Tab.* 31.
    - Murex. *Tab.* 31. 32. 33. & 34.
    - Aporrhais. *Tab.* 35. & 36.
    - Purpura. *Tab.* 37. & 38.
    - Cassidiformis umbilicata. *Tab.* 39. 40. & 41.
    - Cassida. *Tab.* 42.
- **Classis Tertia.** Buccina.
  - *Sectio Prima.* Parva.
    - Pruniforme acuminatum. *Tab.* 43.
    - Pruniforme canaliculatum. *Tab.* 43.
    - Sulcatum. *Tab.* 43.
    - Sulcatum, & canaliculatum. *Tab.* 43. & 44.
    - Integrum ore perpendiculari. *Tab.* 44.
    - Integrum ore obliquo. *Tab.* 45.
  - *Sectio Secvnda.* Maiora.
    - Canaliculatum rostratum ore simplici. *Tab.* 46. & 47
    - Canaliculatum rostratum ore labioso. *Tab.* 48.
    - Canaliculatum rostratum ore labioso fimbriatum. *Tab.* 49. & 50.
    - Canaliculatum, & sulcatum. *Tab.* 51.
- **Classis Qvarta.** Strombi.
  - *Sectio Prima.* Ore superius aperto.
    - Canaliculatus acuminatus. *Tab.* 52.
    - Canaliculatus rostratus ore simplici. *Tab.* 52.
    - Canaliculatus rostratus ore angulosо. *Tab.* 52.
    - Canaliculatus rostratus ore labioso. *Tab.* 53.
    - Sulcatus vulgaris. *Tab.* 53.
    - Sulcatus ore labioso. *Tab.* 54.
  - *Sectio Secvnda.* Integri.
    - Vulgaris, seu ore simplici. *Tab.* 54.
    - Ore labioso. *Tab.* 55.
    - Ore fimbriato, & dentato. *Tab.* 55.
- **Classis Qvinta.** Cochleae ore brevi, mucrone insigniter elongato.
  - *Sectio Prima.* Turbo apertus.
    - Latus. *Tab.* 56.
    - Acuminatus. *Tab.* 56.
    - Canaliculatus rostratus. *Tab.* 56.
    - Canaliculatus, oblique incurvatus. *Tab.* 56. & 57.
    - Sulcatus. *Tab.* 57.
  - *Sectio Secvnda.* Turbo integer.
    - Vulgaris. *Tab.* 58.
    - Acuminatus. *Tab.* 58.
    - Fimbriatus. *Tab.* 58.
  - *Sectio Tertia.* Trocus.
    - Ore angusto, & horizontaliter compresso. *Tab.* 59. 60. & 61.
    - Ore ampliore, & subrotundo. *Tab.* 61.
- **Classis Sexsta.** Cochleae breviores.
  - *Sectio Prima.* Proportionatae.
    - Trochiformis. *Tab.* 62. & 63.
    - Terrestriformis. *Tab.* 64.
    - Depressa. *Tab.* 65.
  - *Sectio Secvnda.* Non proportionatae.
    - Nerita. *Tab.* 66.
    - Vmbilicata. *Tab.* 67.
    - Plana. *Tab.* 68.
    - Auris marina. *Tab.* 69.
- **Appendix ad Partem Tertiam**
  - *Sectio Vnica.* Opercula Cochlearum varia.
    - Testacea. *Tab.* 70.
    - Cornea. *Tab.* 70.

PARS QVARTA.

CONCHE MARINAE.

- **Classis Prima.** Valvis aequalibus aequilaterae.
  - *Sectio Prima.* Notabiliter umbonatae, & recta incurvatae.
    - Subrotunda vulgaris. *Tab.* 71.
    - Cordiformis umbone cardinum diducto. *Tab.* 71.
    - Cordiformis umbone cardinum unito. *Tab.* 71. & 72.
  - *Sectio Secvnda.* Mediocriter umbonatae, & recta incurvatae.
    - Crassa. *Tab.* 72. & 73.
    - Pecten tenuis. *Tab.* 73. & 74.
    - Pectunculus. *Tab.* 74.
    - Pectiniformis. *Tab.* 75.
  - *Sectio Tertia.* Notabiliter umbonatae, & oblique incurvatae.
    - Subrotunda vulgaris. *Tab.* 75.
    - Chama aequilatera. *Tab.* 75. & 76.
  - *Sectio Qvarta.* Mediocriter umbonatae, & oblique incurvatae.
    - Subrotunda. *Tab.* 76. & 77.
    - Tellina aequilatera. *Tab.* 77.
  - *Sectio Qvint* non umbonatae.
    - Pinna recta. *Tab.* 78. & 79.
    - Pinna incurvata. *Tab.* 79. 80. & 81.
- **Classis Secvnda.** Valvis aequalibus inaequilaterae.
  - *Sectio Prima.* Notabiliter umbonatae, & recta incurvatae.
    - Subrotunda vulgaris. *Tab.* 82.
    - Cordiformis inaequilatera. *Tab.* 83. & 84.
  - *Sectio Secvnda.* Leviter umbonatae, & recta incurvatae.
    - Subrotunda alata. *Tab.* 84.
  - *Sectio Tertia.* Notabiliter umbonatae, & oblique incurvatae.
    - Triangularis vulgaris. *Tab.* 85.
    - Chama inaequilatera. *Tab.* 85. & 86.
    - Romboidalis. *Tab.* 87.
  - *Sectio Qvarta.* Leviter umbonatae, & oblique incurvatae.
    - Subrotunda. *Tab.* 88.
    - Pectiniformis triangularis. *Tab.* 88.
    - Tellina inaequilatera. *Tab.* 88. & 89.
    - Musculus *Tab.* 90.
    - Longa. *Tab.* 90.
    - Soleniformis. *Tab.* 91.
    - Mytulus. *Tab.* 91.
  - *Sectio Qvinta.* Structura, & striis peculiaribus.
    - Imbricata. *Tab.* 92. & 93.
    - Aliformis. *Tab.* 94.
    - Triopsis. *Tab.* 95.
  - *Sectio Sexta.* Non umbonatae.
    - Solen. *Tab.* 95.
    - Structura peculiari.
      - §. 1. Terebratula. *Tab.* 96.
      - §. 2. Longa brachiata. *Tab.* 96. & 97.
      - §. 3. Subrotunda perforata. *Tab.* 97.
- **Classis Tertia.** Valvis inaequalibus.
  - *Sectio Prima.* Vmbonatae.
    - Pectinata. *Tab.* 98. & 99.
    - Spondylus. *Tab.* 99. & 100.
    - Griphoydes. *Tab.* 101.
  - *Sectio Secvnda.* Non, vel irregulariter umbonatae, sine ullo cardinis indicio. Ostrevm.
    - Vulgare. *Tab.* 102.
    - Rostratum. *Tab.* 102.
    - Structura peculiari. *Tab.* 103. & 104.

PARS QVINTA.

TESTAE MARINAE POLYTHOMAE.

- **Classis Vnica.** Testae Marinae Polythomae.
  - *Sectio Prima.* Quarum portiones connectuntur per Articulationem cartilagineam.
    - Concoides.
      - Pholas. *Tab.* 105.
      - Tellina cancellifera. *Tab.* 106.
  - *Sectio Secvnda.* Quarum portiones connectuntur per Suturam squamosam.
    - Balanus.
      - §. 1. Glandiformis. *Tab.* 106.
      - §. 2. Depressus. *Tab.* 106.
  - *Sectio Tertia.* Quarum portiones connectuntur per Suturam propriam.
    - Echinus.
      - §. 1. Echinometra. *Tab.* 107. & 108.
      - §. 2. Echinospatagus. *Tab.* 108. & 109.
      - §. 3. Echinanthus. *Tab.* 110.
      - §. 4. Echinodiscus. *Tab.* 110.

Acropora alba foraminibus Stellatis ampli-oribus: Corallium album oculatum officinarum ex Museo Nicolau Gualtieri: N.° 3.

Jos. Menab: *P. Parisi*

Madrepora oculata. l. n. 36.

INDICIS
TESTARVM
QVAE ADSERVANTVR IN MVSEO
NICOLAI GVALTIERI
PARS PRIMA
CONTINENS
TESTAS EXOTHALASSIBIAS.

Teſtae exothalaſſibiae ſunt teſtae extra mare productae, vel in terra, vel in fluminibus lacubus, atque paludibus viventes.

TABVLA GENERICA TESTARVM
PARTIS PRIMAE.

TESTAE EXOTHALASSIBIAE.

- TERRESTRES.
  - Cochleae breviores.
    - Vulgares.
    - Vmbilicatae.
    - Depreſſae.
    - Depreſſae & umbilicatae.
  - Turbines.
- FLVVIATILES.
  - Non turbinatae.
    - Patellae.
  - Turbinatae.
    - Cochleae depreſſae.
    - Neritae.
    - Buccina.
    - Turbines.
  - Conchae.

Omne Reptile Terrae in genere ſuo. Gen. I. 25.

Profunda quaeque Fluuiorum Scrutatuſ eſt. Iob. XXVIII. 11.

PARTIS PRIMAE CLASSIS PRIMA

TESTAE EXOTHALASSIBIAE TERRESTRES.

SECTIO PRIMA.

COCHLEAE TERRESTRES BREVIORES ET PROPORTIONATAE.

TEstae Exothalaſſibiae nullam habent eſſentialem differentiam a Teſtis proprie marinis, ita ut in allata ſuperius Teſtarum definitione etiam iſtae neceſsario comprehendantur, & locus ubi gignuntur, & vivunt nullo modo communem inter eas naturam diſtinguere valeat; ſed cum plerumque in refertiſſimis Muſeis, Teſtarum terreſtrium, & fluviatilium ſeries ſeparate a marinis Teſtis conſervetur, cum celeberrimus Martinus Liſter (*de Cochleis terreſt. & fluv. Londini* 1678.) aliique auctores de eis tantum peculiarem tractatum diligentiſſime concinnaverint, & ne in marinis Teſtis poſtea deſcribendis, ob Maris, aut Fluvii, aut Terrae ſaepius repetitam citationem aliqua oriatur confuſio, ſatius duxi ſicuti ſeorſim in meo Muſeo exiſtunt diſpoſitae, generali quodam ſervato ordine, illas deſcribere, & Partem Primam huius Indicis ex eis ſolis conſtituere, a loco tantum differentia deſumpta, etiam ſi cum marinis Teſtis in omnibus eſſentialibus characteribus omnino conveniant.

GENVS PRIMVM.

COCHLEA TERRESTRIS VVLGARIS

Hoc nomine Vulgaris intelligantur Teſtae, non eae quae minus ſunt variores, & inventu faciles; ſed illae tantum, quae praeter communem cum caeteris Teſtis in eadem ſectione definitam figuram, nullam aliam habent peculiarem characteriſticam diſtinctionem.

A. COchlea terreſtris vulgaris, maxima, albicans, pomatia. (*Geſn. de aquat. pag.* 644. *Liſt. pag.* 111. *Tab. II. num.* 1.)
B. Cochlea terreſtris vulgaris, rufeſcens, faſciata.
C. Cochlea terreſtris vulgaris, cinerea, aliquando pulla, faſciis quatuor fulvis diſtincta. (*Liſt. pag.* 113. *Tab. II. num.* 2.)
D. Cochlea terreſtris vulgaris, pulla, maculata, & faſciata hortenſis.
E. Cochlea terreſtris vulgaris, pulla, faſciis obſcure luteis cincta.
F. Cochlea terreſtris vulgaris, Teſta tenuiſſima, viridis, Neritoides.
G. Cochlea terreſtris vulgaris, quatuor faſciis cincta, maculata, & eleganter variegata.
H. Cochlea terreſtris vulgaris, quatuor faſciis nigris circumdata.
I. Choclea terreſtris vulgaris, quinque faſciis ſubnigris anguſtioribus cincta.
L. Cochlea terreſtris vulgaris, mucrone elatiore, apertura oris nigra, teſta citrina, faſciis quinque pullis diſtincta.
M. Cochlea terreſtris vulgaris, leucophaea, unica faſcia pulla per medium anfractuum circumdata, ipſis oris aperturis pullis.
N. Cochlea terreſtris vulgaris, amethyſtina, pellucida, labio ſubluteo.
O. Cochlea terreſtris vulgaris, minor mucrone elatiore, albida, unica linea pulla in baſi depicta.
P. Cochlea terreſtis leviter, & lucide roſea, duabus faſciis ſubalbidis ſecundum ſpiras ſitis & ſtriis tranſverſis eiuſdem coloris donata, Teſtae apertura tantillum reflexa, & colore fuſco interne tincta, quinque ſpirarum.
Q. Cochlea terreſtris vulgaris, eadem nullis faſciis cincta.
R. Cochlea terreſtris vulgaris, eadem ore candido, & nullis faſciis diſtincta.
S. Cochlea terreſtris vulgaris, oblonga, ventricoſa, fere pellucida, ſplendens, colore carneo, & ſubalbido depicta, nonnulliſque faſciis ſubrubris leviter, & obſcure cincta.

T. 1.

A



B



C



D



E



F



G



H



I



L



M



N



O

P



Q



R



Ios. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS PRIMAE CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENUS PRIMVM.

COCHLEA TERRESTRIS VVLGARIS.

A. COchlea terreſtris vulgaris, minor, rufa, linea albicante per medium anfractuum diſcurrente depicta.
B. Cochlea terreſtris vulgaris, mucrone productiore, faſciata, cinerea.
C. Cochlea terreſtris vulgaris, ſubrotunda, candida, ore ex rufo infecto, mucrone parum prominente, tranſverſim rugoſa.
D. Cochlea terreſtris vulgaris, citrina, ipſa oris margine pulla, unica tenui faſcia itidem pulla in medio primi orbis donata.
E. Cochlea terreſtris vulgaris candida, faſciis luteis undulatis picta, ore roſeo.
F. Cochlea terreſtris vulgaris, citrina, faſciata, apertura oris nigra (*Liſt. pag.* 116. *Tab. II. num.* 3.)
AA. Cochlea terreſtris vulgaris, ſublutea, flaveſcentibus ſtriis tranſverſis variegata, teſtae apertura tantillum reflexa, & colore candido tincta, quinque ſpirarum.
BB. Cochlea terreſtris vulgaris, variegata ex flaveſcente, & pullo colore, faſcia fuſca unica ſecundum ſpiras ducta, teſtae apertura tantillum reflexa, & colore candido tincta, quinque ſpirarum.
CC. Cochlea terreſtris vulgaris, rubicunda, tranſverſim minutiſſime ſtriata, quinque faſciis pullis cincta, teſtae apertura paululum reflexa, & colore nigricante donata.

GENVS SECVNDVM.

COCHLEA TERRESTRIS VMBILICATA.

G. COchlea terreſtris umbilicata, minor, pellucida, flaveſcens.
H. Cochlea terreſtris umbilicata, albicans, faſciis duabus obſcuris cinta, nonnulliſque lineis punctata.
I. Cochlea rerreſtris umbilicata, tranſverſim ſtriata, tota albicans.
L. Cochlea terreſtris umbilicata, minor, lineis rufis picta.
M. Cochlea terreſtris umbilicata, exigua, leucophaea, lineis alba, pullaque circumdata.
N. Cochlea terreſtris umbilicata, eadem, linea alba tantummodo donata,
O. Cochlea terreſtris umbilicata, eadem, caſtanei coloris.
P. Cochlea terreſtris umbilicata, eadem, linea rufa cincta.
Q. Cochlea terreſtris umbilicata, faſciis pullis duabus donata.
R. Cochlea terreſtris umbilicata, citrina, ore orizontaliter compreſſo.
S. Cochlea terreſtris umbilicata, fuſca, ore triangulari.
T. Cochlea terreſtris umbilicata, maior, in dorſo dilute ſubflava, ſubtus candida, umbilico ampliſſimo, & profundiſſimo, in quo anfractus ſpirarum omnes obſervantur, uſque ad extimam partem dorſi fere producti, quinque ſpirarum.

T. 12.

Tab. Maccabuoni del

P. Ant. Pazzi.

PARTIS PRIMAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS PRIMAE GENVS TERTIVM

COCHLEA TERRESTRIS DEPRESSA.

A. COchlea terreſtris depreſſa, candida, oris apertura tantillum reflexa, quinque ſpirarum.
B. Cochlea terreſtris depreſſa, candida, faſciis aliquot obſcure depicta.
C. Cochlea terreſtris depreſſa, lineis punctiſque in modum marmoris variegati diſtincta, ore nigricante.
D. Cochlea terreſtris depreſſa, laevis, pellucida, ſplendens, faſciis duabus fulva, & candida ad ipſum marginem primi orbis inſignita.
E. Cochlea terreſtris depreſſa, fragilis, lucida, fuſca, unica faſcia alba ad ipſum marginem primi orbis notata.
F. Cochlea terreſtris depreſſa, baſi albida, ſuperius marmoris inſtar variegata, oris apertura ovali, & candida.
G. Cochlea terreſtris depreſſa, citrina, ore orizontaliter compreſſo.
H. Cochlea terreſtris depreſſa, albida, unica faſcia nigricante cincta.
I. Cochlea terreſtris depreſſa, lentiformis, laevis, lucida, caſtanei coloris, faſciis obſcure albicantibus cincta, ore ſatis depreſſo triangulari, rimae inſtar anguſto.

GENVS QVARTVM.

COCHLEA TERRESTRIS DEPRESSA ET VMBILICATA.

L. COchlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, caſtanei coloris, labio candido ſubrotundo, obſcuris faſciis depicta.
LL. Cochlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, baſi complanata, oris apertura candida, faſciis una lata pulla, duobus candidis in margine, linea quoque pulla in dorſo, & in ſpirarum commiſsuris circumdata, a centro ad circumferentiam minutiſſime ſtriata, ex fulvido, cinereo, & albido colore marmoris inſtar variegata, & lineata. (*Rumph.T.XXVII.litt.* o.)
M. Cochlea terreſtris depreſſa; & umbilicata, mellei coloris, labio candido repando, ſinu ad umbilicum exiguo circinato. (*Liſter. pag.* 125. *Tab. II. num.* 12.)
N. Cochlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, ore ovali, umbilico maiore, in quo anfractus ſpirarum in extima ſuperficie acuminatarum obſervantur, mucrone tantillum elevato.
O. Cochlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, umbilico ſatis conſpicuo, candida, tranſverſim ſtriata, unica faſcia pulla ad ipſum marginem primi orbis diſtincta.
P. Cochlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, ore ſubrotundo cinerea, fuſca linea in margine primi, orbis, & in ſpirarum commiſsuris diſtincta. (*Liſter. pag.* 126. *Tab. II. num.* 13.)
Q. Cochlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, albida, faſcia punctata rufa per medium anfractuum, & maculis concoloribus eleganter depicta.
R. Cochlea terreſtris depreſſa, & umbilicata, fuſca, ore triangulari, & umbilico ampliſſimo, in quo anfractus ſpirarum in extima ſuperficie ſubrotundarum pene omnes obſervantur, baſi totaliter plana, nullo mucronis, aut umbonis veſtigio remanente.

T. 3.

Tof. Menabuoni det

P. Ant. Pazzi fa

(TAB. IV.)

PARTIS PRIMAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO SECVNDA.

TESTAE TERRESTRES ORE BREVI MVCRONE VERO ELONGATO

GENVS VNICVM.

TVRBO TERRESTRIS.

A. TVrbo terreſtris ſtriatus, ſubruber, & lineis variegatis obſcure punctatus.
B. Turbo terreſtris tenuiſſime ſtriatus, ipſo ore circinato, cui etiam limbus latus, & ſtriatus, albidus (*Fabius Columna de Purp. Cap. 9. Liſter pag.* 119. *Tab. II. num.* 5.)
C. Turbo terreſtris rufeſcens ore denticulato, a dextra in ſiniſtram convolutus.
D. E. Idem papillis albis in ſpirarum commiſſuris diſtinctus. (*an Columnae Cap.* 7.)
F. Turbo terreſtris rufeſcens ventricoſus, ore denticulato, a ſiniſtra in dextram convolutus, intra ſex ſpiras finitus.
G. Turbo terreſtris cinereus anguſtior, a ſiniſtra in dextram convolutus, decem ſpiris, ore * faſtigiato, & dentato. (*Liſt. pag.* 123. *Tab. II. num.* 10.) * H. Idem baſi lata albidus.
I. Idem linea rubra in ſpirarum commiſſuris pictus. * L. Idem faſcia rubicunda.
M. Turbo terreſtris umbilicatus, baſi lata, ore ſulcato, candidus, lineis fulvis circumdatus.
N. Turbo terreſtris a dextra in ſiniſtram convolutus, linea rubra in ſpirarum commiſsuris, & faſcia latiori in anfractuum medio pictus.
O. P. Q. Turbo terreſtris candidus, aliquando cinereus, mucrone truncato.
R. Turbo terreſtris ſimilis marino deſcripto in hoc Indice (*Tab.* 58. *litt.* D.) ſed laevis, * valde umbilicatus, margine magis acuto. * S. Turbo terreſtris inſigniter ventricoſus, umbilicatus, ore anguſto oblongo utrinque dentato, colore ſubflavo, & maculis fuſcis nebulatus, & variegatus. (*Ex montibus Amboinae Rumph. Tab. XXVII. litt.* I.)

PARTIS PRIMAE CLASSIS SECVNDA

TESTAE FLVVIATILES.

SECTIO PRIMA.

TESTAE FLVVIATILES NON TVRBINATAE

GENVS VNICVM.

PATELLA.

AA. PAtella fluviatilis minor candida, vertice mucronato, incurvo, ore ovali.
BB. Patella fluviatilis, fuſca, vertice mucronato, incurvo, inflexoque. (*Liſt. p.* 151. *T. II. n.* 32.)

SECTIO SECVNDA.

TESTAE FLVVIATILES TVRBINATAE.

GENVS PRIMVM.

COCHLEA FLVVIATILIS DEPRESSA.

DD. COchlea fluviatiles depreſsa, pulla, ex utraque parte umbilicata (*Liſt. p.* 143. *T. II n.* 26.)
EE. Cochlea fluviatilis depreſſa, altera parte complanata, & limbo inſignita, quatuor ſpirarum (*Liſt. pag.* 145. *Tab. II. n.* 27.)
FF. Cochlea fluviatilis depreſſa, nigra, quatuor orbibus donata.
GG. Cochlea flulviatilis depreſsa exigua, altera parte planius ſubflava, ſine limbo, quinque ſpirarum (*Liſt. pag.* 145. *Tab. II. num.* 28.)

GENVS SECVNDVM.

NERITA.

MM. NErita fluviatilis parva fragilis ſubnigra, candidis punctis aſperſa vivit prope celebre Balneum Tettuccianum, degens in conſimili aqua ſalſa, & calida, loco vulgariter dicto *Bagno tondo.*
HH. Nerita fluviatilis maxima, leviter ſtriata, ſuperne obſcure ex nigro virideſcens, ore citrino, labio interiori plumbeo, & denticulato.
LLL. Neritarum fluviatilium varietates, quae vel ex caeruleo, viridi, candido, roſeo, fuſco, & pullo colore diverſimode ſunt maculatae, nebulatae, punctatae, undatim, vel reticulatim pictae &c., operculo ſubrufo, lunato, & aculeato donatae (*Liſt. pag.* 136. *Tab. II. num.* 20.)

T. 4.

A B C D E F G H I L L M N N N O P Q R S

CLASSIS · II.
TESTACEA
FLVVIATILIA.

AA AA BB BB DD D D EE EE E E EE EE FF GG GG C C MM MM HH LL LL LL

Ios. Menabuani del.

P Ant. Pazzi sc.

PARTIS PRIMAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE GENVS TERTIVM.

BVCCINVM FLVVIATILE.

A. BVccinum fluviatile fuſcum, ſive nigricans, faſciatum, quinque orbibus praeditum. (*Liſter. pag.* 134. *Tab. II. num.* 18.)

B. Buccinum fluviatile, parvum, ſubflavum, lineis tranſverſis undique ſignatum, quatuor ſpiris finitum.

C. Buccinum fluviatile laeve, fuſcum, ore triangulari.

CC. Buccinum fluviatile, teſta fragili, pellucida, albida, prima ſpira admodum elongata, & ventricoſa.

D. Buccinum fluviatile exiguum, ore anguſtiore elongato, ſubflavum, quatuor ſpirarum.

E. Buccinum fluviatile oblongum, ore anguſto, fuſcum, ſex ſpirarum (*Liſter pag.* 139. *Tab. II. num.* 22.)

F. Buccinum fluviatile, ſubflavum, pellucidum, ore ad plauſum aperto, trium ſpirarum. (*Liſter. pag.* 140. *Tab. II. num.* 24.)

G. Buccinum fluviatile, pellucidum, ſubflavum, mucrone acutiſſimo & brevi; prima ſpira inſigniter ventricoſa, teſtae apertura omnium maxima. (*Liſter. pag.* 139. *Tab. II. num.* 23.)

H. Buccinum fluviatile, ſubflavum, pellucidum, trium ſpirarum, tenuiſſimum, ore magno ovali elongato, mucrone vero breviſſimo. (*an Liſter. pag.* 142. *Tab. II. num* 25.)

I. Buccinum fluviatile, teſta tenuiſſima, & fragiliſſima, prima ſpira notabiliter ventricoſa, & elongata, in mucronem aculeatum ſtatim deſinens, ſubflavum, pellucidum. (*Aldovrand. lib.* 3. *pag.* 359. *num.* 3. *Liſter. pag.* 137. *Tab. II. num.* 21.)

L. Buccinum fluviatile, idem maius, labio interno repando.

M. Buccinum fluviatile craſſum, ſex ſpiris finitum, laeve, albidum; tribus faſciis ſubrubris per dorſum excurrentibus notatum.

SS. Buccinum fluviatile, aliquantulum umbilicatum, minutiſſime ſtriatum, candidum.

N. Buccinum fluviatile, candidum, ex rufo undatim depictum, ſex ſpirarum.

NN. Buccinum fluviatile, teſta tenui, fuſcum, prima ſpira oblonga, mucrone brevi, quatuor ſpiris.

O. Buccinum fluvatile, ventricoſum, laeve, a dextra in ſiniſtram convolutum, colore ex albo fulvido, ex rufo radiatum, ore candido, labio exteriore fimbriato, & linea rufa depicto, intus caſtanei coloris, quinque ſpiris finitum.

P. Buccinum fluviatile idem, colore citrino ſplendidiſſimum, ſex ſpiris finitum.

Q. Buccinum fluviatile ſtriatum, ventricoſum, ponderoſum, cinereum; labio interno tantillum reflexo, & linea alba notato, ſex orbium.

Martini Liſter Hiſtoriae Animalium Angliae : Londini 1678. *Titulo* x. *Cap.* 3. *pag.* 124.

In litteris ad me olim datis ita de hac Cochlea (*Tab. IV. lit.* G. *huius Indicis*) Cl. Iohannes Rayus: Rem ſane curioſam te nuper obſervaſſe narras, nimirum Cochleam, cuius ſpirae in diverſam partem flectant: cum inter Doctos conſtans opinio ſit a Septentrionali Aequatoris parte Cochleas omnes, motum ſcilicet Solis obſervando, a ſiniſtra dextram verſus torqueri: nec ego unquam inveni, qualem tu deſcribis; ſive ergo aliae ſunt huius generis, ſive haec ſola exceptio ſit, & diligenter ſervari, & exacte deſcribi depingique meretur: Haec ille.

Relation d' un Voyage du Levant par M. Pitton de Tournefort: *Lion* 1727. *Tom.* 3. *pag.* 308.

Quoi qu' il ne paroiſſe pas extraordinaire qu' une Cocquille ait la bouche tournee a droite ou a gauche, cependant il eſt certein que l' Auteur de la Nature a fait ſi peu de Coquilles avec la bouche, & le pas du limaçon tourné à droite, que les curieux les recherchent avec ſoin; Parmi tant d' eſpeces de Buccinum qui ſon dans mon Cabinet il n' y en a que trois ou quatre dont la bouche, & le pas de la vis ſoient tournez dans ce ſens-la; ſçavoir la petit dont nous parlons (*Tab. IV. lit.* G. *huius Indicis*) un' autre eſpece d' environ deux pouces de long ſur un pouce d' epais jaune-luiſant, ou marbrée par bandes obliques favves, & jaunatres, avec le tour de la bouche blanc &c. (*ut in hac Tab. lit.* O. P.)

Notandum inſuper eſt, quod nulla Cochlea Marina [quod ſciam] huc uſque obſervata fuerit, quae a dextra in ſiniſtram convoluta ſit.

T. 5.



Ios. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS PRIMAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS TERTIVM.

BVCCINVM FLVVIATILE.

A. BVccinum fluviatile, ſpiris non prominentibus oblongum, ore anguſtiore, laeve, candidum, faſciis aliquando piceis, aliquando rubris, plumbeis, & luteis, iridis inſtar elegantiſſime faſciatum.

B. Buccinum fluviatile, prima ſpira ſatis elongata, mucrone aculeis coronato, ore lato integro, repando, coſtiſque ſtriatis eminentibus exaſperatum, colore pullo nigricans.

C. Buccinum fluviatile, maius, laeve, labio interno repando, ex carneo, fulvo, albido, & purpuraſcente colore faſciatum; aliquando lineis interſectis, punctatum, nebulatum, & marmoris intar lucide, & eleganter variegatum.

D. Buccinum fluviatile, idem minus, candidum, & in prima, & in ſecunda ſpira linea ſubrubra circumdatum.

GENVS QVARTVM.

TVRBO FLVVIATILIS.

BB. TVrbo fluviatilis, minimus, oblongus, anguſtus, fragilis, ore exili, & in acumen acutiſſimum, deſinens candidum.

E. Turbo fluviatilis, obſcure ſtriatus, oris vertice paululum ſinuato, in mucronem acutiſſimum, & longiſſimum deſinens, atro purpureus quatuordecim ſpiris finitus.

F. Turbo fluviatilis, ſimilis, novem ſpiris finitus.

G. Turbo fluviatilis, ſimilis, lucidus, cinerei coloris, & ſubrubris lineis undatim per longitudinem radiatus.

GG. Turbo fluviatilis, per longitudinem minutiſſime ſtriatus; ore anguſto integro, primo orbe inſigniter producto, ex fuſco nigricans, ſeptem ſpiris finitus.

H. Turbo fluviatilis, obſcure ſtriatus, nonnihil prope ſpirarum commiſſuras rugis longis diſtinctus, fuſcus; faſcia catenata ſubrubra in ipſis ſpirarum commiſſuris inſignitus, & duodecim ſpiris terminatus.

I. Turbo fluviatilis, maximus, laevis, teſta ponderoſa, ex cinereo ſubalbidus, novem orbibus terminatus.

T. 6.

A



B



B ⊙ B



C



D



E

F



G

G G



H

I



I

Jos. Menabuoni delin.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS PRIMAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO TERTIA.

TESTAE FLVVIATILES BIVALVAE.

GENVS VNICVM.

MVSCVLVS.

A. MVſculus fluviatilis, minimus, intortus, cinereus, aquis innatans.
B. Muſculus fluviatilis aequilaterus, tranſverſim ſtriatus, fuſcus, & duabus, vel tribus lineolis nigris cinctus.
C. Muſculus fluviatilis, aequilaterus, laevis, rotundus, piſiformis, ex rubro flaveſcens, ipſis valvarum oris albidis. [*Liſter. pag.* 150. *Tab. II. num.* 31.]
CC. Muſculus fluviatilis, ſtriatus, ſubflavus, pellucidus.
D. Muſculus fluviatilis, ſtriatus, umbonibus rotundioribus, fuſcus, intus argenteus.
E. Muſculus fluviatilis, ſtriatus, anguſtior, umbonibus acutis, valvarum cardinibus veluti pinnis donatis, ſinuoſis, ex flavo virideſcens, intus argenteus. [*Liſter pag.* 149. *T.II.n.*30.]
F. Muſculus fluviatilis, maximus, profunde ſtriatus, latus; teſta admodum tenui, ex fuſco virideſcens, interdum rufeſcens, intus argenteus. [*Liſter. pag.* 146. *Tab. II. num.* 29. *Aldovrand. lib.* 3. *pag.* 474. *Chamaglycymeris margaritifera Valeſii*, *Ephemerid. Germanicarum anno tertio Obſerv.* 36.

HAe paucae Teſtae exothalaſſibiae, non parvo labore collectae, in meo Muſeo reperiuntur ex illo numeroſo agmine, quod a natura undique in terra, & in aquis dulcibus, miris varietatibus inſignitum, obſervandum proponitur: unde Hiſtoriae Naturalis amatores integrum, & pulcherrimum methodicum Tractatum harum Teſtarum, non ſine magna iucunditate, inſtituere poſſint; qua de cauſſa has paucas Tabulas proponere auſus ſum *ad excitandum ſtudioſorum animos* (ut verbis utar celeberrimi Fabii Columnae) *qui montes tantum habent propinquos; mare vero longo intervallo diſiunctum, ut pulchriora quaerant.*

Ioſ. Menabuonj del.

Ioſ. Papinj ſculp

Lithophiton articulatum internodiis striatis albo fulvidis, nodis vero piceis: ex Musco Nicolai Gualtieri Num°. 16.

Ioseph. Menabuoni del. *B. Sgrilli sculp.*

isis hippuris. lin.

INDICIS
TESTARVM
QVAE ADSERVANTVR IN MVSEO
NICOLAI GVALTIERI
PARS SECVNDA
CONTINENS
TESTAS MARINAS INTEGRAS NON TVRBINATAS

Teſtae marinae integrae non turbinatae ſunt Teſtae marinae, quae unicam tantum habent cavitatem continuam, quam occupat animal, non turbinatae, id eſt, taliter propria figura ſunt diſpoſitae, ut quamvis incurvatae ac inflexae, aut ſpiraliter contortae ſint, quamvis habeant peculiarem internam fabricam, tamen externe, & interne turbinem, proprie ſic dictum, non conſtituunt.

TABVLA GENERICA TESTARVM
PARTIS SECVNDAE

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE.

Simplices.

Quae internam fabricam magis minuſque in ſe colligunt & plerumque occultant.

Aqua muta, et sine Anima quae Dei nutu iubebantur Animalia faciebat, ut ex hoc Mirabilia tua Nationes enarrent. Esd: L. 4. C. 6. 48.

J. Manaboni del.



Madrepora ramosa, ramis latis, crassis, compressis, crebris tuberibus frutescens, et parvis rotundis alveolis undique signata: ex Museo N. Gualtieri N.° 122.

J. Manabuoni del. *B. Sgrilli sculp.*

PARTIS SECVNDAE

CLASSIS PRIMA

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE SIMPLICES

Teſtae marinae integrae non turbinatae ſimplices ſunt Teſtae marinae integrae non turbinatae, quae interne, & eſterne ſimpliciter, & ſimplici figura ſunt conſtructae.

TABVLA GENERICA

CLASSIS PRIMAE PARTIS SECVNDAE.

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE SIMPLICES.

- VASCVLOSAE.
  - PATELLAE.
    - Limbo integro
    - Limbo laciniato.
    - Vertice perforato.
    - Vertice intorto.
    - Structura peculiari
- TVBVLOSAE.
  - TVBVLI regulariter intorti.
  - TVBVLI regulariter intorti Vermiculares.
  - TVBVLI inregulariter intorti Vermiculares Concamerati.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal. 76.

(TAB. VIII.)

PARTIS SECVNDAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO PRIMA.

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE SIMPLICES VASCVLOSAE

Teſtae marinae integrae, non turbinatae, ſimplices, vaſculoſae, ſunt Teſtae marinae integrae non turbinatae ſimplices, vaſculum referentes magis minuſve concavum, orificio ampliſimo. Patellae dicendae.

§. PRIMVS.

PATELLA LIMBO INTEGRO.

A. PAtella limbo integro, laevis, depreſſa, ſubrotunda, candidiſſima.

B. Patella limbo integro, laevis, depreſſa, vertice aliquantulum mucronato, ſubrotunda, pullo ſanguineo, & ſubalbido colore denſe maculata, & nebulata, marmoris alicuius mixtum colorem, & nitorem referens; intus prope baſim obſcure ſtriata, & argenteo colore ſplendens.

C. Patella limbo integro, leviter ſtriata, depreſſa, duabus lineis dorſo ſuperimpoſitis circularibus ſignata, albida, intus citrina.

D. Patella limbo integro, dorſo inſigniter convexo, leviter ex ſubfulvo radiata, punctis pullis lineatim diſpoſitis notata, intus albida.

E. Patella limbo integro, prope baſim ſtriata, vertice obtuſe mucronato, ſubalbida, ex fulvo obſcure maculata.

F. Patella limbo integro, ſtriis radiata, altero latere productiore, lineis obſcuris in dorſo circumdata, cinerea.

G. Patella limbo integro, mucronata, a margine uſque ad medium dorſi colore pullo radiata, atque ſtriata, ſublivida.

H. Patella limbo integro, mucrone nigricante, ex rufo, & albido radiata.

I. Patella limbo integro, vertice acuto, margine inaequali, ſtriis radiata, cinerea; linea citrina circumdata, intus candida.

L. Patella limbo integro, depreſſa, baſi inaequali leviter ſtriata, coſtulis radiata, albida.

M. Patella limbo integro, tenuiter ſtriata, profunde concava, faſciis albidis, & punctis nigris radiata intus alternatim ex fuſco, & albido depicta.

N. Patella limbo integro, conica, ſtriis granulatis ſubfuſcis diſtincta, ſubalbida.

O. Patella limbo integro, depreſſa, ſtriis inaequalibus denſiſſime radiata fuſca.

P. Patella limbo integro, conica, tribus faſciis fuſcis cincta, ſtriata ſtriis granulatis, vertice mucronato, colore terreo infecta.

Q. Patella limbo integro, apice ſatis acuto, ſtriata ſtriis craſſis, nodoſis, inaequalibus, ſubalbida, colore rubiginoſo aliquo modo faſciata. (*Liſter. pag.* 195. *Tab. V. num.* 40., *Bonan. Claſſ. I. num.* 4.

R. Patella limbo integro, conica, ſtriata, ſtriis cancellatis, cinerea, intus ex fuſco, livido, & albido variegata.

T. 60.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

M

L

O

N

P

Q

R

Gio. Manabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS SECVNDA CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur §. PRIMVS.

PATELLA LIMBO INTEGRO.

A. PAtella limbo integro, ſtriata, conica, ex fuſco, & ruſo maculata, ſive radiata, exiguis punctis nigris depicta.

B. Patella limbo integro, umbonata, ſtriis radiata, ex ianthino obſcure colorata.

C. Patella limbo integro, ſtriis maioribus, & faſciis alternatim, & gradatim ſignata, conica, ſubviridi colore depicta (*Bonan. Claſſ. I. num.* 29.)

D. G. Patella limbo integro, depreſſa, ſtriis albidis radiata, ſubnigra. (*Voyage par M. Tournefort Tom.* 1. *pag.* 294.)

E. Patella limbo integro, conica, lineis papilloſis circumdata, ex albido, & fuſco obſcure radiata

§. SECVNDVS.

PATELLA LIMBO LACINIATO.

F. L. PAtella limbo laciniato, depreſſa ſtriata, a medio dorſi ad marginem verrucoſa, verrucis minoribus nigro purpureis exaſperata, & maculis eiuſdem coloris in margine interno circumdata, ſubalbida, atra macula, & lata in centro cavitatis infecta, quae etiam externum mucronem occupat, & obſcurat.

H. Patella limbo laciniato, ſtriis eminentibus anguloſis, acutis, aſperis, inaequalibus, & albidis radiata, lineis fuſcis circumdata. (*Ionſton. Cap.* 4. *Tab. XVII.*)

I. M. O. Patella limbo laciniato, ſeptem profundis, & craſſis ſtriis radiata, albida, ex nigro maculata, intus in centro macula picea infecta (*Bonan. Claſ. I. n.* 32.)

§. TERTIUS.

PATELLA VERTICE PERFORATO.

N. PAtella vertice perforato, oblonga, ſtriata, nonnullis aliis lineis in girum gradatim diſpoſitis circumdata, baſi intus dentata, ſubalbida. (*Voyage du Levant per M. Turnefort. Tom.* 1. *pag.* 296. *le Poiſſon ſemble ſeringuer de l' eau par cet endroit-là*, *Bonan. Claſ. I. n.* 6.)

P. Q. R. S. T. Patella vertice perforato, ſtriata, aliquando rugoſa, vel ex plumbeo, vel ſubnigro radiata, una linea aliquando duabus circumdata.

§. QVARTVS.

PATELLA VERTICE INTORTO.

X. PAtella vertice intorto, prope baſim leviter ſtriata, & identidem lineis fuſcis in girum, & in longum diſpoſitis circumdata, & radiata; in dorſo colore albido, & fuſco minutiſſime reticulata, & punctata, intus valvata, & candida.

VV. Patella vertice intorto, maior, toto dorſo ſerico fuſco indumento ad marginem uſque contecta, & villoſa; intus cavitate acuta, intorta, inſignita, ex albo purpureo colore maculata. (*Bon. Claſ. I. num.* 23.)

x. Patella vertice intorto, prope baſim minutiſſime ſtriata, aliquantulum papilloſa, ſubrotunda, candida; in cuius cavitate prope centrum remanent veſtigia cuiuſdam abrupti bicornis canaliculi.

2. Patella vertice intorto, baſi inregulari, inaequaliter ſtriata, ſulcata, & veluti lamellis compacta, ex albido cinerea, in cuius cavitate canaliculus bicornis perpendiculariter adnaſcitur, candidus, & fragilis, cuius uſus mihi ignotus remanet (*Rumph. T. XXXX.*) *litt.* Q.

§. QVINTVS.

PATELLA STRVCTVRA PECVLIARI DONATA.

VIde Tabulam LXIX. huius Indicis, in qua per errorem Patella haec inciſa fuit ſub litera H. Patella ſtructura peculiari donata, quae fatis depreſſa eſt, & cavitatem oblongam efformans in acutum angulum deſinit, ubi ſuperinducta lamina, uſque ad medium eiuſdem cavitatis, ſinum quemdam depreſſum conſtituit, laevis, fragilis, pellucida, candidiſſima, a Clariſſimo Petro Michelio, dum viveret, amico meo cariſſimo, & diligentiſſimo rerum omnium naturalium ſcrutatore indefeſſo, *Crepidula* dicta, ab eo primum inventa, & obſervata in Inſula Ilvae.

T. 9.

Iosf. Menabuoni del.

P. Ant. Paozi fc.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO SECVNDA.

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE SIMPLICES TVBVLOSAE.

Sunt Teſtae marinae integrae non turbinatae, ſimplices, tubuli in modum excavatae, vel in lineam rectam extenſae, vel incurvae, vel contortae, &c. Tubuli marini dicendae.

GENVS PRIMVM.

TVBVLVS MARINVS REGVLARITER INTORTVS.

Tvbvlvs marinus, regulariter intortus, eſt tubulus marinus, qui ſemper quamdam determinatam, & regularem figuram conſervat.

§. PRIMVS.

D. TVbulus marinus regulariter intortus, in una extremitate incurvatus; ex altera vero parte rectus, Penicillum dictus, cartilagineus, fuſcus, lineis circularibus ſubnigris, & albidis obſcure cinctus. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib. 3. pag.* 561.)

Tubulus vero hic non cum teſtaceis, ſed cum holothuris eſt connumerandus, nam corio contectus eſt, & non teſta.

§. SECVNDVS.

E. TVbulus marinus regulariter intortus, arcuatim incurvatus, & verſus unam extremitatem acuminatus, Dentalis dictus, laevis, candidus. (*Rumph. Tab. XLI. num. 6.*)

F. Tubulus marinus regulariter intortus, Dentalis, nonnullis ſtriis circularibus leviter diſtinctus, roſeo colore ſplendens. (*Rumph. Tab. XLI. num.* 5. *Bonan. Claſ. I. num.* 9.)

G. Tubulus marinus regulariter intortus, Dentalis, ſatis incurvatus, ſtriatus, ex albido virideſcens.

H. Tubulus marinus regulariter intortus, Dentalis, parum, aut nihil incurvatus, ſtriatus ſtriis ipſis duplicibus, & nonnullis lineis cinctus, ex albido ſubviridis.

I. Tubulus marinus regulariter intortus, Dentalis, ſtriatis ſtriis raris maiuſculis, ſulcatis, viridis, nonnulliſque faſciis viridioribus cinctus. (*Rumph. Tab. XLI. lit.* I. *Bonan. Claſſ. I. n.*8.

§. TERTIVS.

M. TVbulus marinus regulariter intortus radiciformis, perſonatus capite convexo, criſtato foraminibus minimis pervio, candidiſſimus, & rariſſimus. (*Rumph. Tab. XLI. n.* 7. *Bon. Claſſ. I. num.* 38.

§. QVARTVS.

ZZ. TVbulus marinus regulariter intortus Bucciniformis: ita tubulus hic eſt incurvatus, & intortus, ut ipſis ſuis ſpiris Buccini corpus externe totaliter, & elegantiſſime referat; ſed numquam ſpirae ita interne connectuntur, ut communem in circumvolutionibus habeant axem, ſecundum teſtarum turbinatarum eſſentialem ſtructuram; connectuntur autem iſtae circumvolutiones anulis quibuſdam externe eminentibus elegantiſſime in unaquaque ſpira diſpoſitis: candidiſſimus eſt, ac rariſſimus. (*Rumph. Tab. XLIX. lit.* A. *Bonan. Claſſ. I. n.*38.)

GENVS SECVNDVM.

TVBVLVS MARINVS INREGVLARITER INTORTVS VERMICVLARIS.

Eſt Tubulus marinus diverſimode, & inregulariter inflexus, contortus, & vermium in modum formatus, incurvatus, & implicatus.

O. TVbulus marinus inregulariter intortus, vermicularis, minimus, rugoſus, Ammoniae inſtar convolutus, plantis ſub marinis adhaerens, candidus.

S. Tubulus marinus inregulariter intortus, vermicularis, minimus, compreſsus, volutarum commiſsuris Porcellanae rimam referens, albidus.

Q. Tubulus marinus inregulariter intortus, vermicularis, rufeſcens, ſtriatus, ſive cancellatus, os habet rotundum, & quo magis ab eo tubus recedit, anguſtior evadit, donec in turbinem acutiſſimum deſinat. (*Bonan. Claſs. I. num.* 20. *litt.* M.)

R. Tubulus marinus inregulariter intortus, vermicularis, ſtriatus, minutiſſime echinatus roſeus.

V. Tubulus marinus inregulariter intortus, vermicularis, leviter ſtriatus, & in turbinem obtuſiorem deſinens, ſubalbidus.

Tab. 10.

D

E

F

G

H

I

LL

2

2

2

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

X

Z

W

ZZ

Ios. Menabuonj del.

Ios. Papinj sc.

SEQVITVR DESCRIPTIO TABVLAE ANTECEDENTIS.

T. Tubuli marini inregulariter intorti, vermiculares, in congeriem ſimul uniti. (*Bon. Claſ. I. num.* 20. *litt.* E.) Aliquando congeries haec vermiculorum in talem, & tantam molem coaleſcit, ut ſimilem obſervaverim, quae tripalmarem diametrum habebat, & viginti tres libras pondere aequabat.

GENVS TERTIVM.

TVBVLVS MARINVS INREGVLARITER INTORTVS VERMICVLARIS CONCAMERATVS.

Eſt Tubulus marinus diverſimode, & inregulariter inflexus, & vermium in modum formatus, & incurvatus, intus aliquibus Concamerationibus terminatus.

L. TVbulus marinus vermicularis, Concameratus, laevis, candidus, ponderoſus. (*Bonan. Claſſ. I. num.* 20.)

N. Tubulus marinus vermicularis, Concameratus, ſtriatus, tuberoſus, craſſus albidus.

X. Tubulus marinus vermicularis, Concameratus, ſtriatus, ſtriis circularibus, tuberoſis, & punctatis, aliquando candidus, aliquando rubicundus.

Z. Tubulus marinus vermicularis, Concameratus, ſtriatus, notulis nigris punctatus, lucidus, ex fuſco rufeſcens.

W. Tubulus marinus vermicularis, Concameratus, diverſimode ſtriatus, tuberoſus, punctatus, albidus.

P. Concha aequilatera, in qua innumeri huiuſcemodi tubuli nidificant, ut inde appareat, quomodo hoc genus teſtaceorum omnes ſubmarinas plantas, productiones, ſaxa, & quiſquilias undique occupet.

LL. Tubulus marinus inregulariter intortus, vermicularis, & Concameratus, in una parte per medium ferra diſſectus, ut inde eius Concamerationes appareant; in quo tria ſunt obſervanda: Primum, quod nullum iſtarum Concamerationum veſtigium, neque minimum quidem externe apparet: Secundum, quod inter ſe nulla ſervata, ac determinata proportione diſtent: Tertium, quod nullus ab una Concameratione 2. 2. in alteram aditus, vel minimus pateat; unde eſt, quod animal vivens neceſſario in prima tantum Concameratione habitet, ceteris omnino vacuis: quod quidem a natura factum eſſe arbitror, ut dum auget animal tubulum, tunc nova Concameratione, vetus domicilium relictum obſtruit, cum ipſa ſui corporis moles, totum inhabitare non valeat: & cum in limo, ſaxis, ſcopulorum foraminibus, & plantis ſubmarinis immobilis, ut plurimum, degat affixus, ne ab iſtis vinculis, aliiſque caſibus aliquando oppreſsus, & intercluſus pereat; auget hac de cauſa tubulum ſuum, ut eſcam inde captet, & libero commercio cum aqua marina fruatur, proinde novam Concamerationem efformans, ut aptius, & ſecurius propriae oeconomiae provideat. Quantum propterea hoc genus Teſtarum differat a Teſtis tubuloſis marinis Polythalamiis, ex ſupradictis patet, & ex dicendis in Tabulis XVIII. & XIX. clarius patebit.



Maeandrites coſtis latis, Sinuoſis, et Sulcatis ex Muſeo D. N. Gualtieri. N. 36.

madrepora labyrinthiformis. l.

PARTIS SECVNDAE
CLASSIS SECVNDA

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE QVAE INTERNAM FABRICAM MAGIS MINVSVE IN SE COLLIGVNT. ET PLERVMQVE OCCVLTANT.

Sunt Teſtae marinae integrae non turbinatae, quae externa figura internam fabricam, aut circumvolutiones ita, vel totaliter, vel aliqua ſaltem ex parte includunt, & cingunt, ut externe non promineant, & nullo modo, vel vix appareant.

TABVLA GENERICA
CLASSIS SECVNDAE PARTIS PRIMAE.

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE QVAE INTERNAM FABRICAM MAGIS MINVSVE IN SE COLLIGVNT ET PLERVMQVE OCCVLTANT.

- VASCVLOSAE.
  - Cymbia.
  - Nuces Marinae.
  - Porcellanae.
    - Vulgares.
    - Thoracicae.
    - Fimbriatae.
    - Integrae.
    - Spirales.
- TVBVLOSAE POLYTHALAMIAE
  - Nautili.
  - Ammoniae.
  - Orthocerata.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal 76.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO PRIMA.

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE. QVAE INTERNAM FABRICAM MAGIS MINVSVE IN SE COLLIGVNT. ET PLERVMQVE OCCVLTANT. VASCVLOSAE.

Sunt Teſtae marinae integrae non turbinatae, quae internam fabricam plerumque occultant, vaſculi inſtar magis minuſve concavae; quae ita labiorum circumvolutiones in ſe colligunt, ut praeter orificium, & eiuſdem vaſculi externam convexitatem, fabrica interna nullo modo, vel vix appareat

GENVS PRIMVM

CYMBIVM.

CYMBIVM eſt Teſta marina integra non turbinata, quae internam fabricam magis minuſve in ſe colligit, & occultat, vaſculoſa, cuius utrumque labium lateraliter patet, ſed in una deinde extremitate ſimul ſe colligit, & incurvatur, & una cum ſpina dorſi ſeipſum carinans, navis puppim refert.

A. CYmbium maximum ſtriatum ſtriis craſſis, rotundis & raris, aliquando dichotomis, ſpina acuta ſerrata, cuius teſta eſt valde ſubtilis, & folio papyraceo ſimilis, pellucida, fragilis, & lacteo candore imbuta.

B. Cymbium idem minus.

A



B

(TAB. XII.)

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

CYMBIVM.

A. CYmbium, tenue, ſpina acuta & ſerrata, ſtriatum, candidum. (*Bonan. Claſ. I. num.* 13.)

B. Cymbium profunde ſtriatum, ſtriis latis, & bullatis; ſpina lata, & ſerrata, candidum.

C. Cymbium ſtriatum ſtriis rotundis, raris, & craſſioribus; ſpina ſatis lata, bullara, & ſerrata, fragiliſſimum, pellucidum, ſubalbido colore ſplendens. (*Rumph. Tab. XVIII. litt.* B.)

D. Cymbium minimum, complanatum, anguſtum, ipſa puppe parum in principio ſubrotunda, deinde aliquantulum per lineam rectam extenſa; a qua ſulci, vel ſtriae undatim, & inregulariter uſque ad marginem deducuntur, ſtriatum ſtriis minimis tranſverſis, margine acuto, aliquando fimbriato; ex ſubalbido cinereum.

GENVS SECVNDVM.

NVX MARINA.

Nvx marina eſt Teſta marina integra, quae internam fabricam magis minuſve in ſe colligit, & occultat, vaſculoſa; cuius unum oris labium patet, alterum vero lateraliter ad internas circumvolutiones efformandas in ſe convolvitur.

E. NVx marina maior, globoſa; colore leucophaeo, albido, & caſtaneo punctatim depicta; intus oris labio interno candido.

F. Nux marina oblonga, laevis, umbilicata, ore anguſtiore inaequali, ſubcinerea, maculis, & lineis fuſcis nigricans. (*Bonan. Claſſ. I. num.* 37.)

G. Nux marina minor, umbilicata, ore aliquantulum patulo, obſcure ſtriata, tophaceo, & fulvo colore tigrata.

H. Nux marina umbilicata, nonnihil ſtriata, ex fulvo, & fuſco variegata, & punctata, intus albida.

I. Nux marina laevis, umbilicata, ex albo & fuſco lucide variegata.

Tab. IV.

A

B

C

C

D

D

E

F

G

H

I

Gio: Benabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE
SECTIONIS PRIMEA.
Sequitur GENVS SECVNDVM.

NVX MARINA.

DD. NVx marina umbilicata, minutiſſime per longitudinem ſtriata, ſubrotunda, ore admodum patulo, tenuis, fragilis, candida.

EE. Nux marina tranſverſim minutiſſime ſtriata, ore omnium ampliſſimo, tenuiſſima, fragiliſſima, pellucida, candida.

GG. Nux marina denſiſſime, & minutiſſime tranſverſim ſtriata, globoſa, ore aequali ſatis patulo, candidiſſima.

FF. Nux marina oblonga, ſpiralis, altera extremitate anguſtiore, umbilicata, laevis, fragilis, zonis fulvis, & albis, lineiſque ſubnigris eleganter circumdata, intus candida.

GENVS TERTIVM.

PORCELLANA.

PORCELLANA eſt Teſta marina integra, non turbinata, quae internam fabricam magis minuſve in ſe colligit, & occultat, vaſculoſa; cuius utrumque labium ita ſibi invicem lateraliter proximat, ut rimam longam anguſtam, per baſim extenſam, efformet.

§. PRIMVS.

PORCELLANA VVLGARIS.

Porcellana vulgaris eſt Porcellana, quae nec ſpiralis, nec fimbriata, nec thoracica, nec integra eſt.

A. B. PORcellanarum interna ſtructura.

C. Porcellana vulgaris, oblonga, candida,

D. Porcellana vulgaris, laevis, ſubflava.

E. Porcellana vulgaris, laevis, lucida, duabus maculis nigris in utroque capite inſigniter notata, ventre albido, aliquando croceo.

F. Porcellana vulgaris, laevis, ex fuſco purpuraſcens, ventre albo.

G. Porcellana vulgaris, laevis, exigua, unica faſcia ſubrufa circumdata, dorſo punctis luteis aſperſo, maculis purpuraſcentibus in capite donata.

H. Porcellana vulgaris, laevis, ſubflava, ipſa rima purpuraſcente, tribus faſciis albis circumdata.

I. Porcellana vulgaris, laevis, fuſca, lucida, duabus faſciis albidis in dorſo, & duabus maculis nigris in capite donata,

L. Porcellana vulgaris, laevis, oblonga, ſubflava, lucida, tribus faſciis albidis cincta.

M. Porcellana vulgaris, laevis, fulva, bifaſciata, parvulis maculis albidis variegata, lateribus, & rima inſigniter crocea.

N. Porcellana vulgaris, laevis albida, bifaſciata, lateribus maculis atro purpureis depictis, dorſo minutiſſimis punctis fulvis notato, & quaſi linea quadam per longitudinem diviſo.

O. Porcellana vulgaris, eadem cum ſuperiore, dempta tamen linea.

P. Porcellana vulgaris, laevis, fulva, obſcure faſciata, & punctata, toto ventre, & lateribus inſigniter croceis.

Q. Porcellana vulgaris, laevis, albida, ſubcaerulea, parvis puntis fuſcis depicta.

QQ. Porcellana vulgaris, laevis, fuſca, maculis rufeſcentibus in lateribus praecipue exornata.

R. Porcellana vulgaris, altero latere aliquantulum ſulcato, ſubflava, minimis punctis albidis referta, ad marginem macula nigricante donata.

S. Porcellana vulgaris, laevis, craſsa, fulva, parvis maculis fuſcis lineata, lateribus, & apertura crocea.

T. Porcellana vulgaris, minutiſſime ſtriata, craſſa, ſubfuſca, & maculis rotundis albis diverſimode punctata.

V. Porcellana vulgaris, eadem cum ſuperiori, magis colorata, & bifaſciata.

Z. Porcellana vulgaris, laevis, ſubcerulea, dorſo, & lateribus maculis, vel punctis fulvis, & helvaceis depictis, linea quadam per longitudinem diviſa, ipſa ventris rima ſubcrocea.

TT. Porcellana vulgaris, laevis, candida, punctiſque fulvis denſe depicta.



Ios. Menabuoni del.
P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS PRIMAE GENERIS TERTII

Sequitur §. PRIMVM.

PORCELLANA VVLGARIS.

A. POrcellana vulgaris, laevis, dorſo ex fuſco & caeruleo nebulato, lateribus raris maculis nigris depictis, ventris rima albida.

B. Porcellana vulgaris, laevis, dorſo ex fuſco & luteo nebulato, & linea quadam obſcure notato, maculis helvaceis aſperſa, rima crocea.

C. Porcellana vulgaris, laevis, minutiſſimis punctis rufis & helvaceis notata, lateribus albis, rima crocea.

D. Porcellana vulgaris, laevis, maculis helvaceis, punctis rufis, albidis, caeruleis denſe ornata, rima crocea.

E. Porcellana vulgaris, laevis, toto ventre, & lateribus colore rufo ſanguineo inſigniter infecta; in dorſo fuſco albidis punctis, ſeu circulis variegata.

F. Porcellana fimbriata, dorſo albido caeruleo, punctis minimis fuſcis denſe variegata, ventre, & rima ſubcrocea, ad alterum latum ſtriata. -- *Per errorem in hoc Genere deſignata, cum ad Porcellanas fimbriatas ſit referenda. Vide Tab. XV.*

G. Porcellana vulgaris, laevis, gibba, candida, ex caeruleo & fuſco nebulata, magnis maculis ſubnigris inſignis (*Bon. Claſſ. III. num.* 232.)

H. Porcellana vulgaris, laevis, intenſe rufeſcens, punctis ſubnigris denſe maculata, ventre candido (*Barigl. Icon.* 1325. *num.* 21.)

I. Porcellana vulgaris, laevis maxima, fuſca, lata, gibboſa, aliquando caerulea, magnis maculis ex fuſco rufeſcentibus diverſimode depicta. (*Barigl. Icon.* 1325. *num.* 23.)

L. Porcellana vulgaris, laevis, colore caeruleo, & albido nebulata, in dorſo punctis nigris, & linea candida notata.

M Porcellana vulgaris, laevis, candida, fragilis, capitibus bicornibus, rima anguſta, & dentata (*Rumph. Tab. XXXIX. lit.* L., *Barigl. Icon.* 1326. *num.* 31.)

N. Porcellana vulgaris, laevis, crocea, dorſo minutiſſimis maculis ſanguineis elegantiſſime punctato, capitibus bicornibus.

O. Porcellana vulgaris, ſtriis aequalibus circumdata, dorſo paululum ſinuato & lineato, baſi plana, candida.

P. Porcellana vulgaris, parva, globoſa, ſtriata, candida, dorſo ſinuato. (*Rumph. Tab. XXXIX. lit.* P. *Barigl. Icon.* 1326. *num.* 28. *Liſt. pag.* 168. *Tab. III. num.* 17.)

Q. Porcellana vulgaris candidiſſima, toto dorſo exiguis tuberculis exaſperato, & paululum ſinuato. *Rumph. Tab. XXXIX. lit.* 1.)

R. Porcellana vulgaris ex fuſco purpuraſcens, exiguis tuberculis, vel punctis elatis notata, dorſo ſinuato. (*Rumph. XXXIX. Tab. lit.* 1.)

S. Porcellana vulgaris, candida, undique ſtriata, in dorſo ſinuato punctis elatis inſigniter exaſperata, capitibus bicornibus.

T. Porcellana vulgaris leviter purpuraſcens, minimis tuberculis albidis elegantiſſime punctata, utroque capite bicorni colore croceo notato, ventre ſtriato.

§. SECVNDVM.

PORCELLANA THORACICA

Porcellana Thoracica eſt Porcellana baſi prominente, dorſo tumido, & aliquando leviter tuberoſo; & ita vocatur, quia haud multum abſimilis eſt munimento illo ferreo, quo pectus in bello tegitur, & Thorax vocatur.

1. POrcellana Thoracica, laevis, fere aequalis, candida.
2. Porcellana Thoracica, ponderoſa, albida, in medio dorſi linea coloris crocei circumdata.
3. Porcellana Thoracica, parva, nodoſa, citrina.
4. Porcellana Thoracica inſigniter nodoſa, candida (*Bon. Claſſ. III. num.* 253. *Barigl. Icon.* 1326. *n.* 26.)
5. Porcellana Thoracica, dorſo & baſi nodoſa, & linea crocea circumdata, candida.

Tt4.



Iof. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE
SECTIONIS PRIMAE GENERIS TERTII
§. TERTIVM.
PORCELLANA FIMBRIATA.

Porcellana fimbriata eſt Porcellana baſi fimbriata: baſis autem fimbriata eſt, quae in ſua ſummitate ſeu circumferentia adeo denſa eſt, ac ſi aliquo modo in ſe plicata eſſet.

A. B. PORcellana fimbriata, laevis, candidiſſima, utraque capitis extremitate producta, labio externo rugoſo. (*Rumph. Tab. XXXVIII. litt.* Q. *Bon. Claſſ. III. num.* 241.)

C. Porcellana fimbriata, laevis, ventre, & lateribus gibboſis, & albidis; in dorſo ex fuſco purpuraſcens.

D. Porcellana fimbriata, craſſa, dorſo purpuraſcente, & minimis punctis albis notato; ad latus albidum lineis aliquibus quaſi ſtriata.

E. Porcellana fimbriata, laevis, ventre, & lateribus albis; apertura interdum citrina, ſubcaerulea, punctis rufis denſe maculata.

F. Porcellana fimbriata, laevis, ventre, & lateribus candidis, dorſo fuſco, punctis obſcuris * denſiſſime infecto. * G. Porcellana fimbriata, laevis, ſubfulva, albis maculis depicta, rima ſubcrocea; ventre, & lateribus albidis, purpuraſcentibus maculis ſignata.

H. Porcellana fimbriata, altero labio inſigniter rotundo, & rugoſo, cinerea infinitis albis punctulis depicta, & in medio margine lata macula nigricante notata.

I. O. Porcellana fimbriata, laevis, dorſo ſubflavo, candidis punctis minimis ſignato; lateribus fuſco colore late obſcuratis; rima albida, capitibus aliquantulum tuberoſis. (*Rumph.* * *Tab. XXXVIII. lit.* F.) * L. Porcellana fimbriata, minor, ex fuſco purpuraſcens, faſciis albis inaequalibus circumdata, rima candida.

M. Porcellana fimbriata, laevis, minor, candida, tribus latis faſciis nigricantibus, vel ex fuſco rufeſcentibus cinta. (*Rumph. Tab. XXXVIII. lit.* M. *Barigl. Icon.* 1326. *n.* 27.)

N. Porcellana fimbriata, laevis, baſi gibboſa, dentata, & una cum lateribus atro, rubiginoſo, nigricante colore late infecta; dorſo achatino albido colore ſplendenti, & linea fulva per * longitudinem diviſo. (*Ionſ. lib.* 4. *Tab. XVII.*) * P. Porcellana fimbriata, ſtriata, parva, purpuraſcens, dorſo ſinuato, ex fuſco maculato. (*Rumph. Tab. XXXIX. lit.* B.)

Q. Porcellana fimbriata, punctis elatis exaſperata, candida, dorſo ſinuato, utroque capite, * & rima flaveſcente. * R. Porcellana fimbriata, minor, amethyſtino colore ſignata, & tribus fuſcis maculis in medio dorſi infecta.

S. T. Porcellana fimbriata, baſi lata, in dorſo magnis maculis ex fuſco fulvidis, & nigricantibus nebulata; lateribus colore livido lucido, veluti in Achate eleganter diſtinctis.

V. Porcellana fimbriata, dorſo albido cinereo, parvis punctis fuſcis notato; altero latere tuberibus exaſperato, & punctis nigris depicto.

X. Porcellana fimbriata, ventre albido, dorſo ſubfuſco, & candidis innumeris punctulis ſignato, altero latere inaequaliter tuberoſo.

Z. Porcellana fimbriata, ventre citrino, dorſo maculis minimis luteis punctato; altero latere aliquantulum tuberoſo.

AA. Porcellana fimbriata, ex flavo pallide punctata, & nebulata; altero latere candido, & punctis pullis diſtincto.

BB. Porcellana fimbriata, dorſo flaveſcente, innumeris punctis diſtincto; ventre, & lateribus croceis, altero labio tuberoſo. (*Barigl. Icon.* 1326. *num.* 33.)

CC. DD. Porcellana fimbriata, laevis, candidiſſima, lucida fulvida faſciata.

§. QVARTVM.
PORCELLANA INTEGRA.

Porcellana integra eſt Porcellana rima anguſta, nec ſtriata, nec dentata, & in utraque eſtremitate clauſa.

1. PORcellana integra, exigua, cylindracea, fragilis, candida. (*Barigl. Icon.* 1326. *n.* 30.)

2. Porcellana integra, dorſo aliquantulum prominente, candida. (*Barigl. Icon.* 1326. *n.* 34.)

3. Porcellana integra, oblonga, anguſta, utroque latere ſe colligens, & in medio dorſi annulo circumſcripta, candida.

4. Porcellana integra admodum tenuis, fimbriata; dorſo pluvinato, candidiſſima.

Tis:

n°.1 2 3 4

A B C D E F G H I L M N O P Q R S T V X Z AA BB CC DD

Inf. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS PRIMAE GENERIS TERTII.

§. QVINCTVM.

PORCELLANA SPIRALIS.

Porcellana ſpiralis eſt porcellana , cuius interna ſpira exterius in una tantum extremitate tantillum apparet .

A. PORcellana ſpiralis , laevis , dentata , aliquantulum purpuraſcens , linea alba in baſi circumdata .

B. Porcellana ſpiralis , colore livido lucida .

C. Porcellana ſpiralis , oblonga , albida ; fulvis maculis in labiorum extremitate diſtincta .

D. Porcellana ſpiralis , laevis , ex fuſco rufeſcens , ventre albido .

E. Porcellana ſpiralis , laevis , cylindracea , ex albido purpuraſcens , flavis maculis , & raris donata .

F. Porcellana ſpiralis , laevis , candida , dorſo acuto anulato , ad utrumque caput , veluti ſingulae verrucae , labio altero rugoſo . (*Rumph. Tab. XXXVIII. lit.* H.)

G. Porcellana ſpiralis , laevis , cylindracea , cinerea , obſcure faſciata .

H. Porcellana ſpiralis , laevis ſubflava , rima purpuraſcente , tribus faſciis albidis obſcure cincta .

I. Porcellana ſpiralis , laevis , flulvida , lucentiſſima , obſcure bifaſciata , & maculis exiguis rotundis inaequaliter punctata .

L. Porcellana ſpiralis , laevis , albida , faſciata , punctis fuſcis nebulata .

M. Porcellana ſpiralis , ventre , & dorſo ſubcroceo , duabus faſciis albis depicta .

N. Porcellana ſpiralis , ipſo ventre , & denticulis ſatis nigricantibus ; dorſo ſubrufo tribus faſciis albidis circumdato . (*Rumph. Tab. XXXVIII. lit.* I. , *Bon. Claſſ. III. num.* 265. *Barigl. Icon.* 1325. *num.* 19.

O. Porcellana ſpiralis , laevis , oblonga , cinerea , quatuor latis faſciis rufis teſſelatis in dorſo diſtincta , labiorum dentibus rubiginoſis .

P. Porcellana ſpiralis , laevis , cylindracea , fragilis , candida , punctis ſubluteis faſciata .

Q. Porcellana ſpiralis , laevis , ex cinereo , & fuſco diverſimode variegata , & nebulata ; ſpira in parvum mucronem abeunte .

R. Porcellana ſpiralis , laevis , anguſta , fragilis , albida , punctis helvaceis ſignata , & obſcure faſciata .

S. Porcellana ſpiralis , laevis , dorſo , & ore candido , maculis ex rufo & livido dilute nebulata . (*Bon. Claſſ. III. num.* 364.)

T. Porcellana ſpiralis , laevis , oblonga bifaſciata , rima coloris rubiginoſi , ventre quatuor magnis fuſcis maculis diſtincto , in dorſo ſubalbido , crebris circulis fuſcis inſignita . (*Rumph. Tab. XXXVIII. lit.* D. *Bon. Claſſ. III. num.* 263.)

V. Porcellana ſpiralis laevis , cinerea , ponderoſa , lateribus maculis nigricantibus donatis , in dorſo linea ſubalbida diviſo , characteribus , & lineis quibuſdam fulvis , eleganter , & denſe depicta .

Tab. 16.

Ios Menabuoni del.

Ant. Pazzi sc.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE
SECTIO SECVNDA

TESTAE MARINAE INTEGRAE NON TVRBINATAE. QVAE INTERNAM FABRICAM MAGIS MINVSVE IN SE COLLIGVNT. ET PLERVMQVE OCCVLTANT. TVBVLOSAE. ET POLYTHALAMIAE.

Sunt Teſtae marinae non turbinatae integrae, quae internam fabricam magis minuſve in ſe colligunt, & occultant: tubulum conicum thalamis diviſum, & cum Sipbunculo thalamos ipſos tranſeunte efformantes, rectae, vel in ſpiram regularem convolutae, Teſtae polythalamiae dicendae.

GENVS PRIMVM.

NAVTILVS.

NAVTILVS eſt teſta Marina polythalamia, in ſpiram interne latentem in plano horizontali convoluta.

A. NAutilus maior, cuius teſta externe albidi eſt coloris ad luteum vergentis, zonis tranſverſis undulatis, & frequentibus, dimidiam unciam latis, fulvis picta; ipſa puppe vero primum amethyſtino, deinde ianthino, & ſubnigro colore diſtincta, cuius extima lamella opaca eſt, & alba, intima vero, a qua diaphragmata oriuntur, matrem perlarum refert colore, imo ſuperat; qui etiam internam ſuperficiem omnium thalamorum exornat. (*Io. Phil. Breynii pag.* 14. *de Polythal., Aldrov. de animal. exang. lib.* 3. *cap.* 4., *Bellonii de aquat. pag.* 392., *Liſter Hiſt. Conchil. lib.* 4. *ſect.* 4. *cap.* 1., *Rumph. Tab. XVII. lit.* A., *Bon. Claſſ. I. n.* 1., *Plin. lib.* 9. *cap.* 29.) qui haec refert: *Inter praecipua autem miracula eſt, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompilos. Supinus in ſumma aequorum pervenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facile naviget: poſtea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa mirae tenuitatis extendit, qua velificante in auras, ceteris ſubremigans brachiis, media cauda ut gubernaculo ſe regit. Ita vadit alto, liburnicarum gaudens imagine: ſiquid pavoris interveniat, hauſta ſe mergens aqua.*

B. Nautilus minor, & inſigniter umbilicatus, iiſdem coloribus, ut ſupra, inſignitus.

NAVTILI INTERNA ADMIRABILIS STRVCTVRA.

Vid. Tab. ſeq. XVIII.

DE Nautilis, & de eorum ſtructura ita ſapientiſſime more ſuo ſcribit celeberrimus Breynius (*Diſſert. Phyſica de Polythalamiis: Gedani* 1732. *cap.* 2. §. 21. *pag.* 11. *& ſeqq. Tab. I.*) *Conſtat revera Nautili teſta ex tubo teſtaceo conico, in plano horizontali in ſpiram ita convoluto, ut externe, teſta ſcilicet integra, unicus tantum, & extimus appareat gyrus, qui ceterorum duorum interne latentium reſpectu longe ampliſſimus eſt: eius cavitas, in quam plurimas cavitates fornicatas, ſive concamerationes, quas thalamos appello, a totidem diaphragmatis teſtaceis, ſive ſeptis tranſverſis, concavis baſin, & convexis apicem verſus dividitur: quorum ego cum Hookio Philoſ. experim. pag.* 307. *quadraginta circiter, Rumphii Commentator vero Muſ. Amboin. pag.* 62. *quinquaginta numeravit, certa proportione, centrum, ſive principium verſus amplitudine decreſcentes. Extimam cavitatem vero, quae ceteras amplitudine multis paraſangis ſuperat, ipſum inhabitat animal; ceterae autem omnes ſolo aëre repletae reperiuntur, excepto tenui ſiphunculo teſtaceo quidem pariter, ſed ſubtili, & hinc admodum fragili, duas circiter lineas lato, qui quoque, ſecundum ductum ſpiralis lineae, omnes thalamos, & diaphragmata continuo ductu, per axem ad centrum, ſive principium uſque gradatim magis magiſque contractus tranſit, & appendice animalis, ceu cauda, vivente adhuc eodem, repletur; cuius caudae in teſtis vacuis aliquando adhuc reſtant reliquiae.*

Quantum ad modum accretionis teſtae Nautili, eum coniector ſequentem. Animal nimirum mole auctum, ubi domicilium, ſive extimam cavitatem, ſibi non ſufficere ſentit, parietes eius producit, adeoque cavitatem ampliat; ne autem gravitate hinc accreſcente ſibi oneri, & ad motum evadat ineptius, novum format, novo mediante pariete intergerino, thalamum, quem ceteris addit; qui utpote, prouti reliqui, aëre tantum repletus, gravitatem eius minuit ſpecificam ut motui in aqua, tamquam ſuo elemento, ſervetur aptius.

Si iam quaeratur, in quemnam uſum elegans haec mirabilis Polythalamiorum fabrica a ſapientiſſimo Creatore condita ſit, cum animal, ſive potius eius pars mollis, extimum eius tantum occupet thalamum ceteris aëre ſolum repletis? reſpondeo: vero ſummopere eſſe ſimile, animal vivum eiuſmodi teſtam inhabitans, mediante ductu, omnes thalamos tranſeuntem ſiphonem, replen-

Tf 7.

A

A



B



B

replente , huic vel illi teſtae cavitati pro lubitu , & occaſione , vel aquam aëremve immittere , vel viceverſa exbaurire poſse : unde ſequitur , gravitatem teſtae ſpecificam , in aqua pro neceſſitate debere augeri , vel minui , ut animal adeo motus ſuos naturales , & a Deo ipſi aſſignatos exercere poſſit : prout in Nautilo , egregie ſuſpicatus eſt perſpicaciſſimus Hookius , qui ſane de hac materia optimo iure meretur evolvi .

Sed quod fateor aperturas ſiphunculi in thalamis hiantes quae aquam aëremve tranſmittant , oculis etiam armatis detegere necdum valui . Vnde perquam minutos eſſe oportere concludendum eſt . Praeter ſolum aërem vero etiam aquam marinam thalamos ſubire , ſalia quoque in interna thalamorum ſuperficie ſubinde efflореſcentia , ſuadent , ubi Nautili , & Ammoniae aperiuntur , ut interna pateant .

Hic vero duo ſunt notanda . Primum , quod in cavitatibus, ſeu thalamis huiuſce Nautili nullum umquam ſalis veſtigium obſervavi in multis a me hac de cauſa ſerra diſſectis ; & certe nimis ſalia haec gravitati ſpecificae animalis eſſent obnoxia , cum ſenſim in dies per continuatam depoſitionem aucta cellulae ſpatium obſtruerent. Secundum , quod ſiphunculus duabus partibus conſtat , una quidem ſolida , & eiuſdem prorſus ſubſtantiae cum univerſa Teſta ; altera vero cartilaginea a corpore animalis producta , & derivata : qua de cauſa noduli illi (4) in dicto ſiphunculo per ſingulas cellulas conſpiciuntur ; ubi enim canaliculus ſolidus (3) deſinit , cartilagineus (2) a corpore animalis productus continuatur , qui iterum ſolidum ingreditur in foraminulo , (1) ita ut revera ſiphunculus totus cartilagineus ſit , & ad illum fulciendum , tutandum , & conſervandum a natura productas eſſe illas portiones canaliculi teſtacei perſpicuum ſit , ne ſolius acuti foraminuli (1) attritu confiricetur : nec totaliter ab eodem teſtaceo canaliculo veſtitur , ut libere in ſingulis cellulis ſuas operationes exercere valeat . Ab iſto autem cartilagineo ſiphunculo veriſimile eſt , mediantibus eius minimis poris animal poſſe tranſmittere , vel retrahere aërem , ſeu proprium quemdam humorem , ut inde in thalamis gravitatem augeat , aut minuat . Poteſt inſuper idem ſiphuncu*lus*, *nulla* facta tranſpiratione ſenſibili , ſe ipſum dilatare , & ſic aëre , aut humore a corpore animalis immiſſo auctus , diſtentus , atque inflatus , per thalamos , veluti per gradus ad libitum gravitatem ſuam , ſecundum propriam exigentiam , determinare .

His ita expoſitis , nunc modo forte fortuna , in pluribus Nautilis a me diſſectis , mihi primum alia particularis ſtructura patuit , quam idcirco (*in Fig.* 4.) delineandam curavi , in qua , in ipſo angulo interno cuiuſcumque diaphragmatis veſtigium quoddam alicuius foraminuli latet , (A) itidem verſus baſim concavi , convexi autem apicem verſus : huiuſmodi vero veſtigia , foraminulo perquamſimilia non ſunt pervia , etiam oculo armato ; quamquam primo intuitu videri poſſint , & oculum inſpicientis deludant : quemnam uſum habeat haec peculiaris , reconditas , atque inobſervata ſtructura , mihi adhuc ignotum.

Fig. 4.

I. Menabuoni del. *B. Sgrilli Sculp.*

Tv 5



Ios. Monabuoni del.

P. Ant. Pazzi f.

PARTIS SECVNDAE CLASSIS SECVNDAE
SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

NAVTILVS.

A. NAutilus minimus, coſta acutiſſima marginata, umbilico utrinque prominente, a centro, ad circumferentiam ſtriatus ſtriis ſinuoſis in lexis, minutiſſime granulatus, ex fuſco fulvido colore ſplendens. (*Iani Planci de Conchis. Venetiis* 1739. *pag.* 10. *Tab. I. Fig.* 2. *lit.* E. D. F.)

B. Nautilus minimus, non umbilicatus, in dorſo lineis, ſeu ſulcis inaequali intervallo ſignatis, candidus. (*Iani Planci Tab. I.*)

C. Nautilus minimus, non umbilicatus, coſta acutiſſima marginata, margine tenuiſſimo quatuor angulis acutis veluti in mucronem emiſſis diviſo, lineis, ſeu ſulcis inaequali intervallo ſignatus, candidus. (*Iani Planci Tab. I.*)

D. Nautilus minimus ferra diſſectus, ut interni thalami cum ipſo ſiphunculo appareant. Nautili vero iſti tam parvi ſunt, ut triginta tres, vix unius grani pondus adaequent.

GENVS SECVNDVM.

AMMONIA.

Ammonia eſt Teſta polythalamia in ſpiram externe utrinque apparentem in plano orizontali convoluta

E. AMmonia integre diviſa nodoſa, ſubalbida, pellucida, fragilis (*ex Inſulis Moluccif., Rumph. Tab. XX. num.* 1., *Bona. Claſſ. I. num.* 39. *Breyn. Tab. II. pag.* 21.) & eiuſdem interna ſtructura, in qua notandum, quod ſiphunculus totus eſt teſtaceus, teres, ſine ulla admiſſa interruptione, ut in Nautilo Tab. XVIII. huius Indicis.

H. Ammonia unita, & proportionata minima, altera parte umbilico prominente, coſta lata, ſulcata, nodoſa, argenteo colore ſplendens. (*Iani Planci Tab. I.*) Quinque gyris eſt finita, cuius ſiphunculi orificium apparet in (R). Sicuti thalamorum internorum veſtigia externe apparent in nodulis illis, quibus extima ſuperficies elegantiſſime dividitur.

I. Eiuſdem interna ſtructura, in qua quadraginta circiter thalami apparent cum ſuo ſiphunculo (R) verſus internam partem poſito. Huius vero minimi teſtacei pondus centeſimam partem unius grani non ſuperat.

GENVS TERTIVM.

ORTHOCERAS.

Orthoceras eſt Teſta marina polythalamia, in lineam rectam, vel proxime ad rectam accedentem extenſa.

L. ORthoceras minimum, ſiphunculo axem tranſeunte ſubito decreſcens, thalamis amplioribus, rugoſum, candidum, (*Iani Planci Tab. I. Fig.* 6. *lit.* G.)

M. Eiuſdem interna ſtructura, cum portionibus ſiphunculi teſtacei thalamos tranſeuntis.

LL. Baſis eiuſdem convexa, margine tantillum elato, & cum ſiphunculi orificio in medio, quod aliquando aliquantulum producitur, ut in (L).

N. Orthoceras minimum, ſiphunculo axem tranſeunte, lente decreſcens, thalamis ampliori-bus, aliquantulum inflexum, ſtriatum ſtriis minimis undatis, candidum.

O. Orthoceras minimum, ſiphunculo axem tranſeunte, lente decreſcens, obſcure ſtriatus, in thalamorum commiſſuris veluti faſciis cinctum, candidum.

P. Q. Orthoceras minimum, ſiphunculo ad peripheriam poſito, lente decreſcens, thalamis inflexis latioribus, compreſſum, marginatum, candidum (Q). Baſis eiuſdem concava, cum ſiphunculi orificio ad peripheriam in parte latiori poſito. (*Iani Planci Tab. I. Fig.* 7.)

Hae Teſtae omnes minimae, cum aliis multis marinis productionibus humaniſſime communicatae mihi fuerunt ab eruditiſſimo Iano Planco Medicinae Profeſſore celeberrimo, qui primus has Teſtas apud litora Maris Ariminenſis obſervavit in ſedimento quodam marino, infinitis, & minutiſſimis huiuſcemodi Teſtis abunde referto; & cum ille de iſtis minimis, aliiſque marinis animalibus, una cum elaboratiſſima aeſtus Maris Superi obſervatione, doctiſſimam diſſertationem, cum tabulis nitidiſſime exaratis, in lucem emiſerit, illic plurimas differentias, & genera Nautilorum, Ammoniarum, & Orthoceratorum luculenter, & clarius expoſitas, Hiſtoriae naturalis amatores invenient.

R. S. Orthoceras minimum, lentiſſime decreſcens, thalamis cylindricis ſuperextantibus ſiphonem


A
F
A
F
B
B
C
C
G
G
D
D


E


H
R
H
I
R
I
H
R
H


L
P
P
Q
P
LL
L
M
M
N
R
R
N
S
O
O

nem ampliſſimum axi concentricum ad aequalia intervalla anulariter ambientibus, candidum : Sipho totus eſt Teſtaceus, & continuatus, ita ut ab eodem nulla prorſus appareat, etiam oculo armato, cum thalamis ipſis comunicatio : ut videre eſt in (s). Hoc admirabile nondum deſcriptum Teſtaceum, cuius peculiaris inſolita ſtructura magis magiſque Orthoceratorum marinorum Hiſtoriam ſalebroſam reddit, atque difficillimam, a Clariſſimo Viro Ioanne Targionio Eximio Botanices, & Medicinae Profeſſore dono habui, qui ſingulari erga me benevolentia, ex ſuo celebratiſſimo, & refertiſſimo Micheliano Muſeo, quae mihi opportuna videbantur, etiam rariora generoſiſſime ſaepe ſaepius elargitus eſt : ipſe autem hoc Teſtaceum detexit in rupecula quadam Corallina, e freto Siculo eruta, dum varias minutiſſimas plantas ſubmarinas ei adnatas obſervaret. Cum ſupra deſcriptae minimae Teſtae marinae inter ſe diverſae magnitudinis ſint, earum ponderis ratio media erit, quod centum, & viginti octo, grani pondus unius non ſuperet.

Petrus Antonius Michelius celeberrimus Botanicus nonnullos Orthoceratites habuit ex Cantiano, ubi cum Ammonitibus, & Nautilitibus ſimul congeſtae in magna copia reperiuntur, quae modo aſſervantur in refertiſſimo Muſeo ſupra laudati Cl. Ioannis Targioni. Vnum ego poſſideo, repertum in antiquo marmore, poſito in inſigni noſtra Metropolitana Eccleſia, qui eiusdem generis eſt cum illo allato a Cl. Breynio. (*Tab. IV. lit.* A. B. C. D.

In obſervandis perfectiſſimo Microſcopio minimis iam deſcriptis Orthoceratis marinis, cogitabam, non ſine magna iucunditate, quantum Clar. Breynius, qui aſſerit *Orthoceras hoc in ſtatu ſuo naturali ex mari extractum obſervavi*, *nec audivi umquam*, ratiocinio, & optimis coniecturis, veritati obviam iiſset, & quantum gratiſſimum habuiſſet, ſi doctiſſimas lucubrationes ſuas cum Orthoceratitis foſſilibus factas, & comparatas, tandem cum iſtis, denuo repertis marinis, conferre potuiſſet. Et ſicuti praeterea idem laudatus Auctor aſſerit, quod *Ammonia Moluccana* (E) *unica tantum ante annos haud adeo multos detecta ſit marina ſpecies*, ſic, quae deſcribitur in (H) dici mereatur ſecunda, & cum Ammonia (E) *inter teſtacea foſſilia a nemine adhuc inventa fuerit*. Ammonia tamen (H) adamuſſim reſpondet foſſilibus illis, quae prope Cantianum Vmbriae Oppidum (*Mercati Metalloth. pag.* 309.) effodiuntur, quorum ſeries in meo Muſeo aſſervatur.



Aſtroites globoſa, Stellis profunde lamellatis
ex Muſeo Nicolai Gualtieri: N.° 33.

Joſeph. Menabuoni del. *Dom. Miſerotti ſculp.*

madrepora favoſa .I.

INDICIS
TESTARVM
QVAE ADSERVANTVR IN MVSEO
NICOLAI GVALTIERI
PARS TERTIA
CONTINENS
COCHLEAS MARINAS

Cochleae marinae ſunt Teſtae marinae integrae tubuloſae, & turbinatae, ideſt quorum ſpira interna circa proprium aſſem convoluta, a baſi latiori in acumen aſſurgens, etiam externe prominet, & totidem volutas vel in baſi, vel in tota Teſta conſpicuas producit.

TABVLA GENERICA TESTARVM
PARTIS TERTIAE.

COCHLEAE MARINAE.

- Longae.
- Canaliculatae.
- Buccina.
- Strombi.
- Ore admodum brevi, & parvo, mucrone vero inſigniter elongato.
- Breviores.

Aqua muta, et sine Anima quae Dei nutu iubebantur Animalia faciebat, ut ex hoc Mirabilia tua Nationes enarrent. Esd: L. 4. C. 6. 48.

Vitaliani del.

Madrepora albida digitata, seu ramosa papillis maioribus in summitate perforatis. ex Museo N. Gualtieri.

I. Menaboni del. *Num.° 30.* *B. Sgrilli sculp.*

madrepora muricata. l. n.° 33.

PARTIS TERTIAE
CLASSIS PRIMA
COCHLEAE MARINAE LONGAE

COCHLEAE marinae longae ſunt Cochleae marinae, ore admodum elongato, & ſuperius aperto Mucrone vero, aut Vmbone, vel complanato, vel brevi.

TABVLA GENERICA TESTARVM
CLASSIS PRIMAE PARTIS TERTIAE.

COCHLEAE MARINAE LONGAE.

- ORE LABIIS RECTIS.
  - Conoideae.
  - Cylindroideae.
- ORE LABIIS LEVITER INCVRVATIS PYRIFORMES DICENDAE.
  - Vulgares.
  - Intortae.
    - Integrae.
    - Sulcatae.
    - Cylindroideae.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal 76.

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO PRIMA

COCHLEAE MARINAE LONGAE ORE LABIIS RECTIS,

GENVS PRIMVM,

COCHLEA MARINA LONGA ORE LABIIS RECTIS CONOIDEA.

COCHLEA Conoidea eſt Cochlea marina longa, ore labiis rectis & anguſtiore, a baſi rotunda latiore in acumen quodammodo deſinens.

AA. COchlearum Conoidearum, interna ſtructura.
A. Cochlea Conoidea, mucronata, laevis, crocea.
B. Cochlea Conoidea, mucronata, laevis, albida, apice aliquantum ſtriato.
C. Cochlea Conoidea, mucronata, ad roſtrum ſtriata, ſubcrocea; faſcia albida obſcure ſignata, mucrone minutiſſime ſtriato, & maculis rufeſcentibus, vel nigricantibus depicto.
D. Cochlea Conoidea, mucronata, laevis, albida, mucrone papilloſo.
E. Cochlea Conoidea, umbonata, colore muſtelino depicta, ſtriis, ſeu lineis integris, veluti ſerico ſubtiliſſimo filo undique cincta, & faſciata. (*Rumph. Tab. XXXI. lit.* v.)
F. Cochlea Conoidea, albida, colore luteo radiata, vel nebulata, & quaſi faſciata, punctata, obſcure ſtriata; apice ſtriis bullatis exaſperato.
G. Cochlea Conoidea, mucronata, laevis, crocea, tribus faſciis candidis, notulis rubris nigricantibus undatim depictis elegantiſſime circumdata.
I. Cochlea Conoidea, mucronata, laevis, colore luteo, vel ex luteo rufeſcente depicta, duabus faſciis candidis cincta.
L. Cochlea Conoidea, umbonata, obſcure ſtriata, umbone papillis minoribus circumdato, ex albo faſciatim nebulata, crocea.
M. Cochlea Conoidea, umbonata, nonnihil ſtriata, colore luteo obſcuro ſecundum longitudinem undatim depicta, ſeu radiata, ex albo faſciata.
N. Cochlea Conoidea, umbonata, albida, ex fuſco faſciata, roſtro late nigricante, & ſtriato.
O. Cochlea Conoidea, mucronata, inſigniter ſtriata, ſtriis craſſis, & latis, mucrone papilloſo, fulva, unica faſcia alba colore ſubrubro undatim variegata circumdata.
P. Cochlea Conoidea, umbonata, laevis, fuſca, ſubroſeo colore punctata, ex albido faſciata.
Q. Cochlea Conoidea, umbonata, laevis, ex albido virideſcens, faſciata, faſciis candidis, ipſiſque punctis rufis maculatis.
R. Cochlea Conoidea, mucronata, mucrone papillis coronato, obſcure ſtriata, colore cinereo, & rubro-obſcuro radiata, albida faſcia depicta.

Tno.

A

B

C

D

E

E

F

G

G

I

L

M

N

O

P

Q

R

Gios. Menabuoni dol.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

COCHLEA CONOIDEA.

A. COchlea Conoidea, umbonata, in apice tantum ſtriata, obſcure crocea, ex albido radiata, & maculata.

B. Cochlea Conoidea, umbone ſatis complanato, apice tranſverſim ſtriato, magna, ponderoſa, ſubalbida, notulis helvaceis, vel rufis per ſeriem diſpoſitis, denſe circumſcripta.

C. Cochlea Conoidea, umbonata, parva, candida, ex ruſo obſcuro maculata, & infecta.

D. Cochlea Conoidea, aliquantulum mucronata, laevis, candida, maculis rubiginoſis denſe notata, punctata, & faſciata.

E. Cochlea Conoidea, maxima, umbonata, in acumen obtuſum ſtriatum deſinens, rubiginoſo colore diverſimode notata; in medio faſcia candida circumdata, umbone ex albido, & fuſco radiatim maculato.

F. Cochlea Conoidea, baſi leviter umbonata, candida, fulvis maculis, & punctis, veluti faſciis diverſimode variegata.

G. Cochlea Conoidea, leviter umbonata, candida, parvis ſubrotundis maculis helvaceis, nullo ſervato ordine, punctata. (*Rumph. Tab. XXXI. lit.* D.)

H. Cochlea Conoidea, leviter umbonata, laevis, candidiſſima, lineis latis croceis interſectis circumſcripta, ipſo roſtro purpuraſcente.

I. Cochlea Conoidea, leviter mucronata, papillis coronata, alba, fuſcis maculis notata.

L. Cochlea Conoidea, umbonata umbone papilloſo, apice ſtriato, candida, magnis maculis luteis nebulata.

M. Cochlea Conoidea, umbone papilloſo, albida, magnis maculis rufis infecta.

N. Cochlea Conoidea, umbonata, laevis, albida, colore fuſco, vel rubiginoſo denſe obſcurata. (*Rumph. Tab. XXXIV. lit.* B.)

O. Cochlea Conoidea, baſi complanata, laevis, candida, quadratis maculis nigricantibus, aliquando rubeſcentibus, ceu lineis interſectis per ſeriem elegantiſſime circumſcripta. (*Aldovrand. de Teſtac. lib. 3. pag.* 352.)

P. Cochlea Conoidea, laevis, candida, ex piceo, atro ſanguineo colore nebulata, & maculata.

Q. Cochlea Conoidea, umbonata, baſi papilloſa, fuſca, maculis albis, & punctis lividis faſciata, & variegata.

Tab. I.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

Ios. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS PRIMAE

Sequitur GENVS PRIMVM.

COCHLEA CONOIDEA,

A. COchlea Conoidea, basi plena, & insigniter coronata, candidissima, ex luteo punctata, maculata, & fasciata; lineis interruptis, pullis, nigricantibus circumscripta; rostro obscuro, & violaceo. (*Rumph. Tab.* 34. *lit.* H.)

B. Cochlea Conoidea maxima, basi plana, candidissima, lineis interruptis signata, maculis & notulis fuscis punctata, fasciata, & notata; aliquando sublivido colore leviter nebulata, intus albida.

C. Cochlea Conoidea, aliquantulum umbonata, candida, ex rufo nebulata, & fasciata, & hinc, & illinc lineis interruptis, & notulis signata, & distincta. (*Bonan. Classi. III. num.* 132.

D. Cochlea Conoidea, umbonata, tenuiter striata, basi aliquantulum nodosa, candida, colore ex piceo nigro, vel ex pullo luteo reticulata. (*Bonan. Classi. III. num.* 123., *Rumph. Tab. XXXII. num.* 1. *lit.* N.)

2. Cochlea Conoidea, parva, leviter striata, mucronata, candida, lineis quibusdam fuscis punctatim circumdata.

E. Cochlea Conoidea candidissima, notulis rufis, interdum nigris aspersa.

F. Cochlea Conoidea, umbonata, candidissima, maculis nigricantibus raris circumscripta, & duabus fasciis vix conspicuis croceis circumdata.

G. Cochlea Conoidea, ex subrufo pallida, lineis ex albo, nigroque interruptis signata.

H. Cochlea Conoidea, subrufa, lineis ex rubro obscuro, alboque interruptis circumdata, & punctata.

I. Cochlea Conoidea, dentata, verrucosa, aspera, colore ex rufo nigricante infecta. (*Rumph. Tab. XXXI. lit.* L.)

L. Cochlea Conoidea, leviter umbonata, candidissima, aliquando sublivida, punctis, & lineis rufis distincta.

M. Cochlea Conoidea, leviter umbonata, dense maculata, sublutea, vel ex luteo viridescens, vel ex fusco lutescens; fascia subalbida cincta, lineis, numeris, vel characteribus quibusdam ignotis descripta, & signata.

Tnn.

A

B

C

D

D

n.° 2

E

F

G

H

I

L

M

Jos. Monabiuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS PRIMAE.
GENVS SECVNDVM.

COCHLEA MARINA LONGA ORE LABIIS RECTIS CYLINDROIDEA.

COCHLEA Cylindroidea eſt Cochlea marina longa, ore labiis rectis in ſua ſummitate ſulcato, & Conoidearum ore magis dilatato, ita ut in utraque ſua extremitate, quaſi aequaliter craſſa, & lata ſit, mucronata.

A. COchlearum Cylindroidearum interna ſtructura.

B. Cochlea Cylindroidea, altero labio rugoſo, laevis, ex fuſco nigricans, intus candida (*Rumph. Tab. XXXIX. num.* 2.)

C. D. E. Cochlea Cylindroidea, laevis, vel ſubrufa, vel leucophaea, vel albida, maculis ſubpurpureis diſtincta.

O. Cochlea Cylindroidea, laevis, anguſta, tenuis, fragilis, candida, maculis ſubpurpureis inaequalibus ſpiraliter, & lineatim faſciata.

P. Cochlea Cylindroidea, ex luteo, ſubcaeruleo, viridi, & fuſco nebulata, reticulata, & faſciata, labio interno rugoſo, & ſubcroceo.

Q. Cochlea Cylindroidea eadem, maculis roſeis aliquantulum aſperſa.

R. Cochlea Cylindroidea eadem, alba, punctis rufis obſcure maculata.

V. Cochlea Cylindroidea, parvis punctis, & rarioribus aliquibus maculis rubiginoſis depicta, ſubalbida, baſi denticulata.

S. Cochlea Cylindroidea, colore pallido, luteo, fuſco, & ſubviridi punctata, labio interno ex fuſco purpuraſcente.

F. T. Cochlea Cylindroidea ex fuſco, luteo, ſubcaeruleo, & nigro maculata, e ſignata, intus violacea. (*Bon. Claſs. III. num.* 142.)

G. Cochlea Cylindroidea, lineis fuſcis, luteis, & ſubcaeruleis undatim exarata, labio interno, rugoſo, & roſeo.

H. I. L. Cochlea Cylindroidea, albida, obſcure ex luteo punctata.

M. N. OO. PP. Cochlea Cylindroidea, candida, lineis fuſcis, & lividis undatim depicta.

QQ. Cochlea Cylindroidea, in dorſo lineis cinereis, lividis, nigricantibus, denſiſſime, & minutiſſime reticulata, & punctata, ore, & oris labio interno luteo colore infecto.

RR. Cochlea Cylindroidea, inſigniter mucronata, ſubalbida, intus violacea. (*Rumph. Tab. XXXIX. num.* 9.)

SS. Cochlea Cylindroidea, oris labio interno in ſummitate fimbria obſcura ſtriata diſtincto, ſubalbida, ex fuſco undatim lineata, faſcia lata prope oris ſulcum notata.

Tn 3.

A

B

C

D

E

O

P

Q

R

V

S

F

T

G

H

I

L

N

M

OO

R

R

PP

Q Q

S S

Iof Menabuoni del.

P Ant. Pazzi

(TAB. XXIV.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

COCHLEA CYLINDROIDEA.

A. COchlea Cylindroidea, labio interno ſtriato, lata faſcia ſublutea circumdata, ex albido, & livido undatim nebulata; deinde, prope mucronem, purpuraſcente colore maculata. (*Bonan. Claſſ. III. num.* 141.)

B. Cochlea Cylindroidea, albida, ex fuſco undatim lineata, & faſciata, nonnullis maculis nigricantibus raro notata.

C. D. Cochlea Cylindroidea, eadem. (*Barigl. Icon.* 1326. *num.* 15.)

E Cochlea Cylindroidea, obſcura, vel livida, ex ſubnigro quaſi reticulata, & faſciata, intus candida. (*Barigl. Icon.* 1326. *num.* 17.)

F. Cochlea Cylindroidea, ex luteo, livido, & ſubcaeruleo, variegata, & faſciata.

G. Cochlea Cylindroidea, mucrone aliquantulum elongato, ore ampliore, & candido, duabus faſciis albidis prope apicem diſtincta, & lineis rubiginoſis variegata, reticulata, & maculata.

H. Cochlea Cylindroidea, mucrone papilloſo, ex luteo, & fuſco undatim depicta, duabus faſciis pullis cincta, intus crocea. (*Rumph. Tab. XXXIX. num.* 3.)

I. Cochlea Cylindroidea, eadem, faſciis virideſcentibus cincta.

L. Cochlea Cylindroidea, ex luteo virideſcens, tribus faſciis fuſcis nigricantibus cincta.

M. Cochlea Cylindroidea, ex albo fuſco, & ſubluteo, minutiſſime reticulata, ex fuſco nigricante colore faſciata, oris labio interno rugoſo, & croceo.

N. Cochlea Cylindroidea, ex fuſco viridi, albo, & ſubluteo, undatim picta, ex nigro faſciata, intus candida. (*Rumph. Tab. XXXIX. num.* 1.)

O. Cochlea Cylindroidea, magna, colore livido obſcuro aliquantulum nebulata, duabus faſciis fuſcis nigricantibus diviſa, oris labio interno rugoſo, intus crocea.

P. Cochlea Cylindroidea, magna, oris labio interno rugoſo, intus albida, in dorſo carneo ſubalbido colore depicta, quem linea minutiſſima fuſca undequaque triangulis minimis, & maioribus, aliiſque inregularibus angulosis figuris reticulatim circumſcribit; prope oris ſulcum livido, ſeu ianthino colore maculata.

T. 24.

A



B



C



D



E



F



G



H



I



L



M



N

O



P



Ios. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi Sc.

(TAB. XXV.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO SECVNDA.

COCHLEAE MARINAE LONGAE PYRIFORMES.

Cochleae marinae longae pyriformes, ſunt Cochleae longeae, ore labiis leviter incurvatis, ideoque etiam leviter ventricoſae.

GENVS PRIMVM.

COCHLEA LONGA PYRIFORMIS VVLGARIS.

Cochlea longa pyriformis vulgaris eſt Cochlea longa, pyriformis, circa baſim leviter ventricoſa, & in acumen tenuius deſinens.

B. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, labio interno dentato, fimbriata, candida.
C. Cochlea longa pyriformis vulgaris, livido colore depicta, & linea rufa circumdata.
D. Cochlea longa pyriformis vulgaris, ex cinereo albida, luteo, vel rubiginoſo colore nebulata, ſeu faſciata.
E. Cochlea longa pyriformis vulgaris, cinerea, albida faſcia diſtincta.
F. Eadem lutea.
G. Cochlea longa pyriformis vulgaris, leviter ſtriata, ex albido purpuraſcens.
H. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, ex luteo, vel ſubrubro maculata, tribus faſciis albidis diſtincta, & punctis rubiginoſis per ſeriem diſpoſitis frequentibus circumſcripta.
I. Cochlea longa pyriformis vulgaris, umbonata, laevis, ex albo, fulvo, candido, aureo, & ſubrubro colore variegata, lineata, & maculata. (*Rumph. Tab. XXXII. lit.* O.)
L. Cochlea longa pyriformis vulgaris, ſtriata ſtriis minutiſſimis circularibus, granulatis, candida, & punctis luteis raris per ſeriem diſpoſitis elegantiſſime circumſcripta.
M. Cochlea longa pyriformis vulgaris, minutiſſime ſtriata, ex albido purpurea.
N. O. P. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, candida, exiguis punctis helvaceis, vel pullis, & aliquibus maculis eiuſdem coloris denſe aſperſa, & notata, mucrone interdum denticulato.
Q. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, candida, maculis helvaceis undatim ſignata.
R. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, colore obſcuro, nigro, rufo, ſubcaeruleo, & albido nitidiſſime nebulata, lineis quibuſdam interruptis ſignata.
S. Cochlea longa pyriformis vulgaris, mucronata, laevis, in apice nonnihil ſtriata, candida, faſciis tribus latis fulvis obſcure faſciata, lineis fuſcis undatim maculata.
T. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, candida, latis maculis inregularibus ex nigro rufeſcentibus ſeriatim diſpoſitis circumdata. (*Rumph. Tab. XXXIII. litt.* BB.)
X. Cochlea longa pyriformis vulgaris, candidiſſima, & croceo colore nitidiſſime maculata, & reticulata. (*Rumph. Tab. XXXII. lit.* P.)
Z. Y. Cochlea longa pyriformis vulgaris, minutiſſime ſtriata, maior, candidiſſima, ex rubro fuſco maculata, & reticulata.
AA. Cochlea longa pyriformis vulgaris, laevis, candidiſſima, maculis croceis latis depicta, ex rubro fuſco colore reticulata, lineata, & ſplendidiſſime vermiculata.

T. 26.

A

B

C

D

N

N

E

F

F

F

G

H

I

M

L

L

Iof. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi fc.

(TAB. XXVI.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

COCHLEA LONGA PYRIFORMIS VVLGARIS.

A. COchlea longa pyriformis vulgaris, albida, magnis undis, ſeu maculis rufeſcentibus circumdata, & nebulata.

B. Cochlea longa pyriformis vulgaris, gradatim mucronata, coſta lata ſubrotunda, papillis eleganter coronata, albida, ſulvis notulis denſe virgulata.

GENVS SECVNDVM.

COCHLEA MARINA LONGA PYRIFORMIS INTORTA INTEGRA.

Cochlea longa pyriformis intorta integra eſt Cochlea longa, pyriformis, labio ſiniſtro aliquando rugoſo & intorto, circa medium leviter ventricoſa, in acumen obtuſum deſinens.

C. COchlea longa pyriformis intorta, integra, leviter ſtriata, ex albido, & fulvo obſcure maculata.

D. Co^Chlea longa pyriformis intorta, integra, baſi ſulcata, ſtriis minimis donata, ex albido purpuraſcens; colore helvaceo, ſeu rufo nebulata. (*Rumph. Tab. XXXI. lit.* F.)

E. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, mucronata, baſi muricata, ex fuſco maculata, & vermiculata. (*Rumph. Tab. XXXI. lit.* G.)

F. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, umbonata, validis aculeis raro muricata, umbone aliquando papilloſo, fulvida, & latis lineis albidis, & raris cancellata.

G. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, mucrone aliquantulum papilloſo, albida, & ex albido leviter purpuraſcens, colore roſeo nebulata, & punctis minimis denſe circumdata. (*Rumph. Tab. XXXIII. litt.* GG., *Bonan. Claſſ. III. num.* 411.)

H. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, ſtriata ſtriis craſſioribus, & raris, inſigniter umbilicata, candida. (*Rumph. Tab. XXVII. lit.* F.)

I. M. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, ſtriis elegantiſſimis, veluti quodam minutiſſimo opere ſerico reticulata, aliquando candidiſſima, aliquando ſubfuſca, & nonnullis raris maculis muſtelinis ſubobſcure notata. (*Rumph. Tab. XXVII. lit.* K., *Bon. Claſſ. III. num.* 15.)

N. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, in ſummitate dorſi ſtriata, leviter umbilicata, umbonata, umbone papillis, ſeu aculeis coronato, candida.

L. Cochlea longa pyriformis intorta, integra, ſtriata, rugoſa, aculeata aculeis validis, & in baſi praecipue retortis, ex piceo, & albido colore infecta.

A

A

Ferchuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. XXVII.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

COCHLEA LONGA PYRIFORMIS INTORTA INTEGRA.

COchlea longa pyriformis intorta integra, maxima, umbonata, laevis, insigniter ventricosa, subalbida; nonnullis *Cochlea Latina* dicta.

T. 20.

A B B C D E F G H I L M N O P Q R S T V X Z Z

Sgr. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS SECVNDAE.
GENVS TERTIVM.

COCHLEA MARINA LONGA PYRIFORMIS INTORTA ET SVLCATA.

COCHLEA marina longa intorta, & ſulcata eſt Cochlea, longa, pyriformis, labio ſiniſtro rugoſo, & quaſi intorto, circa medium leviter ventricoſa, & in ſummitate ſua ſulco donata.

A. COchlea longa, pyriformis intorta, & ſulcata, mucronata, labio externo fimbriato, ſublivida.

B. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, umbone quaſi complanato, labio externo leviter fimbriato, candida, aliquando carneo colore nebulata, lineis croceis denſe circumdata.

C. D. E. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, ſublivida, punctis croceis, vel rufis denſe conſperſa.

F. G. H. V. Cochlea longa pyriformis, intorta, & ſulcata, umbone papillis coronato, aliquando muricato, ſubalbida, & lineis obſcure rufis ſignata, & maculata.

I. M. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, mucronata muricibus ſatis acutis, fulvida, ex ſubnigro colore diverſimode reticulata, ſignata, & maculata (*Rumph. Tab. XXXII. lit.* I.)

I. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, utroque labio dentato, aut rugoſo, fimbriata, laevis, carneo colore ſplendens.

N. Cochlea longa, pyriformis intorta, & ſulcata, globoſa, craſſa, utroque labio dentato, & fimbriato, dorſo crebris aculeis perlongis acutiſſime muricato, ex cinereo albida.

O. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, mucronata, craſſa, diverſimode ſtriata, ex albido, & luteo ſignata.

P. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, umbonata, craſſa, ſtriata, albida, lineis, & punctis purpureis, vel fulvidis notata, & radiata.

Q. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, mucronata, labio interno fimbriato, ex albido cinerea, punctis rufis per ſeriem diſpoſitis notata, & eleganter depicta.

R. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, globoſa, ſtriata, ſtriis minutiſſime granulatis, dorſo muricato, utroque labio fimbriato, fuſca, intus purpuraſcens.

S. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, umbonata, labio interno quatuor rugis eminentibus intortis conſpicuo, laevis, dorſo paleari colore depicto, magnis maculis rufeſcentibus, & identidem lineis eiuſdem coloris variegata, & nitidiſſime nebulata, intus candida.

T. Coclea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, laevis, colore piceo, rufo, & livido diverſimode, ſed intenſe variegata.

X. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, mucrone nodoſo, & papilloſo, dorſo rugoſo, lineis, & virgulis interruptis notata, & faſcia obſcure crocea cincta.

Z. Cochlea longa, pyriformis, intorta, & ſulcata, mucrone papilloſo, aliquando ſtriata, albida, ex livido nebulata; lineis nonnullis fuſcis parallelis cincta, & maculis, ſeu notulis piceis interruptis Muſicae notas referentibus per ſeriem diſpoſitis elegantiſſime depicta.

T. 29.

A



B



C


D

E

C


G

E


H




I

Lof Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS SECVNDAE.
GENVS QVARTVM.

COCHLEA MARINA LONGA PYRIFORMIS INTORTA CYLINDROIDEA.

COCHLEA marina longa pyriformis intorta Cylindroidea, eſt Cochlea, longa, pyriformis, labio ſiniſtro rugoſo, & quaſi intorto; circa medium leviter ventricoſa, & in ſummitate ſua ſulco donata, ac baſi aequaliter quaſi craſſa, ſeu expanſa.

A. COchlea longa, pyriformis, intorta, Cylindroidea, umbonata, umbone ſinuoſo, laevis, fuſca, maculis nigricantibus aliquando donata. (*Fab. Columna cap.* 41., *Ionſton. lib.* 4. *Tab. XVII.*)

B. Cochlea longa, pyriformis, intorta, Cylindroidea ſtriata ſtriis aliquantulum undatis, umbonata; in baſi margine acuto donata, ſubalbida, lineis, & maculis rufis raris undatim depicta.

C. D. E. G. Cochlea longa, pyriformis, intorta, Cylindroidea, mucronata, aculeata, & fimbriata, fimbriis per integram externam ſpirarum ſuperficiem aequali diſtantia expanſis, coſtis acutioribus colore rufo teſſellatim diſtinctis, interſtitiis minutiſſime ſtriatis, ex albo, & fulvo variegatis, variiſque coloribus inſignitis: tota quaſi eſt albida; ore vero colore rufo obſcuro intenſe infecto (*Columna de Aquatil. obſervat. pag.* 69. *cap.* 41. *Barigl. Icon.* 1326. *num.* 13. *& num.* 14., *Rumph. Tab. XXXII. litt.* L. M. R.)

H. Cochlea longa, pyriformis, intorta, Cylindroidea, umbonata umbone muricato, ſeu coronato, radiis coronae rarioribus, & perpendiculariter erectis, obſcure ſtriata, caſtaneo colore depicta, & lineata. (*Rumph. Tab.* 31. *lit.* B.)

I. Cochlea longa, pyriformis, intorta, Cylindroidea, eadem cum ſuperiori, ſed radiis coronae ſpiſſioribus, gracilioribus, & aliquantulum umbonem verſus inflexis. (*Rumph. Tab. XXXI. lit.* A.)

PARTIS TERTIAE

CLASSIS SECVNDA

COCHLEAE MARINAE CANALICVLATAE

Cochleae marinae canaliculatae ſunt Cochleae Marinae, ore elongato, & ſuperius in canaliculum adeunte.

TABVLA GENERICA TESTARVM

CLASSIS SECVNDAE PARTIS TERTIAE.

COCHLEAE CANALICVLATAE.

- RECTAE
  - Tenuiores.
  - Craſſiores.
    - Vulgares.
    - Purpurae rectiroſtrae.
- INCVRVATAE
  - Introrſum.
    - Vulgares.
    - Muricaes.
    - Muriciformes.
    - Purpurae curviroſtrae.
  - Extrorſum.
  - Dextrorſum.
    - Caſſidae
    - Caſſidiformes umbilicatae.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal 76.



Maeandrites costis crassis, latis Bustrophetis, interstitiis ampliοribus: ex Museo Nicolai Gualtieri Num.° 46.

I. Meniabuoni del — *B.ª Sgrilli sculp.*

madrepova labyrinthiformis. l.

T. 30.

Ios. Memmi Buonn. delc.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO PRIMA

COCHLEAE MARINAE CANALICVLATAE RECTAE

Cochleae marinae, canaliculatae, rectae, ſunt Cochleae marinae, canaliculatae, canaliculo recto.

GENVS PRIMVM.

COCHLEA CANALICVLATA RECTA TENVIOR.

COCHLEA canaliculata recta tenuior eſt Cochlea canaliculata, recta, ore elongato, & anguſtiore.

A. COchlea canaliculata, recta, tenuior, umbonata umbone rugoſo, & tuberoſo, laevis, candida; duabus, aliquando tribus fuſcis maculis in extremitate diſtincta.

B. Cochlea canaliculata, recta, tenuior, canaliculo ſatis elongato, & aliquantulum inflexo, umbone tuberoſo, in dorſo ſtriis tranſverſis undatim ſtriata, candida.

C. Cochlea canaliculata, recta, tenuior, tuberoſa, rugoſa, ſtriata, umbilicata, labio externo fimbriato, terreo colore infecta.

GENVS SECVNDVM.

PVRPVRA RECTIROSTRA.

PVRPVRA rectiroſtra eſt Cochlea marina canaliculata, recta, craſſior, canaliculo admodum longo & tenui; ore ex latere ſiniſtro labioſo, e pluribus laminis ſibi invicem impoſitis conflata, ſtriata, & rugoſa.

D. PVrpura rectiroſtra, maior, aculeis longis, validis & incurvis armata, albida, aliquando rufeſcens.

E. Purpura rectiroſtra, mucronata, tuberoſa, canaliculo ſatis elongato, colore pullo, & ſubalbido depicta.

F. Purpura rectiroſtra, umbonata, ſtriata, aculeis rectis, & acutis armata, albida. (*Aldovrand. de Teſtac. lib.* 3. *pag.* 285.)

T. 31.



Ios. Menabuoni del.

P. Ant. Puzzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

PVRPVRA RECTIROSTRA.

A. PVrpura rectiroſtra, mucronata, ſtriata, & muricata aculeis acutis, rectis, nonnulliſque incurvis, canaliculo longiſſimo ſimiliter muricato, ſubalbida.

B. Purpura rectiroſtra, ſtriata, mucronata, muricata aculeis ſpiſſioribus acutis, longis, rectis, nonnulliſque incurvis, canaliculo longiſſimo ſimiliter inſigniter muricato: nam in hac Purpura ſeptem ſunt aculeorum ordines, ita ut difficillimum ſit eos omnes, prouti ſunt, exactiſſime delineare; tota eſt ſubalbida. (*Rumph. Tab. XXVI. n.* 3.)

SECTIO SECVNDA.

COCHLEAE MARINAE CANALICVLATAE INCVRVATAE.

Cochleae marinae canaliculatae, incurvatae, ſunt Cochleae marinae canaliculatae, canaliculo incurvato.

GENVS PRIMVM.

COCHLEA CANALICVLATA INTRORSVM INCVRVATA.

Cochlea canaliculata, introrſum incurvata, eſt Cochlea canaliculata, canaliculo introrſum, ideſt verſus orificium Cochleae incurvato.

G. COchlea canaliculata, introrſum incurvata, leviter in ſummitate ſtriata, mucronata, mucrone partim tuberoſo, partim aculeis acutis coronato, & valide armato, ſubalbida.

M. Cochlea canaliculata, introrſum incurvata, mucronata, mucrone papilloſo, ſtriato, & aculeis validis, acutis, muricato & coronato, ex caeruleo albida, nonnulliſque maculis fulvis lineata.

GENVS SECVNDVM.

COCHLEA CANALICVLATA EXTRORSVM INCVRVATA VVLGARIS

Cochlea canaliculata, extrorſum incurvata, vulgaris, eſt Cochlea canaliculata, canaliculo extrorſum, ideſt verſus dorſum Cochleae incurvato.

C. COchlea canaliculata, extrorſum incurvata, vulgaris, denſiſſime ſtriata, coſtis plicatis, & tuberoſis exaſperata, obſcure terrea, faſcis purpureis leviter depicta.

D. Cochlea canaliculata, extrorſum incurvata, vulgaris, gibboſa, ore anguſto, labioſo, dentato, umbilicato, ſtriata, ſtriis papillis minoribus aequalibus refertis, & reticulatis, candida.

E. Cochlea canaliculata, extrorſum incurvata, vulgaris, ſtriata, rugoſa, tuberculoſa, umbilicata, ſubfuſca.

F. Cochlea canaliculata, extrorſum incurvata, vulgaris, ſtriata, muricata, muricibus plicatis, umbilicata, caſtaneo colore notata.

GENVS TERTIVM.

MVREX.

Murex eſt Cochlea caniculata, mucronata, prope ſummitatem e latere dextro ſulcata, & aurita.

H. MVrex, candidus, ex fulvo obſcure faſciatus, intus roſeus, labio interno linea quadam atro-purpurea maculato.

I. Murex baſi leviter coronata, albidus, ex fuſco faſciatus, intus roſeus, & linea ut ſupra atro-purpurea maculatus.

L. Murex, in ſummitate minutiſſime ſtriatus, rugoſus, mucrone acuto, & papilloſo, labio interno fimbriato, ex albo, & fulvo nebulatus.

N. Murex, in ſummitate minutiſſime ſtriatus, mucrone tuberoſo, faſciis albis, & fuſcis eleganter depictus, intus violaceus.

T. 32.

A

B

C

D

E

F

G

G

H

M

L

M

N

P. A. P

(TAB. XXXII.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS TERTIVM.

MUREX.

A. MVrex ſtriatus, rugoſus, papilloſus, & tuberoſus, ex albido, & terreo colore depictus. (*Barigl. Icon.* 1326. *num.* 4.)

B. Murex, in ſummitate ſtriatus, mucrone muricato, in dorſo aureus, intus flammeo colore ſplendens.

C. Murex, ſtriatus, mucrone papilloſo, labio externo ſatis craſso, albidus.

D. Murex, mucrone papilloſo ſatis producto, ſtriatus ſtriis aliquando papilloſis, & craſſis, labio externo in acumen abeunte, ex roſeo, & albo variegatus, intus flammeus.

E. Murex, mucrone papilloſo, intus denſiſſime ſtriatus, utroque labio ex atro purpureo infecto, in dorſo ſubalbidus.

F. Murex, ſtriatus, & rugoſus, mucrone papillis inſigniter diſtincto, ex oleagino, & ſanguineo colore maculatus.

G. Murex, mucrone papilloſo, ex albido, & fulvido punctatus, nebulatus, & variegatus. (*Rumph. Tab. XXXVII. lit.* T.)

H. Murex, mucrone papillis coronato, ſtriatus, aure in acumen ſatis productum elongata, ex albido, & roſeo obſcure depictus.

L. Murex, laevis, aure magis expanſa, candidus. (*Rumph. Tab. XXXVII. lit.* M., *Barigl. Icon.* 1327. *num.* 2.)

M. Murex, ſtriatus, & fimbriatus ſtriis papilloſis latis, & raris; aure extrorſum ad plauſum expanſa, cum appendice in longum ſatis producta, mucrone muricato, ſubalbidus, maculis purpuraſcentibus notatus. (*Rumph. Tab. XXXVII. num.* 5.)

N. Murex, mucrone admodum acuto, idem cum litera L. ſed in dorſo albido filis aureis ſinuoſe inflexis ſignatus. (*Rumph. Tab. XXXVII. lit.* N.)

T. 33.

A

B

C

A

D

Mercuri dis.

P. Ant. Pazzi fc.

(TAB. XXXIII.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS TERTIVM.

MUREX.

A. MVrex aure admodum expanſa, & lata, maximus, ſtriatus, tuberoſus, ponderoſus, validiſſime muricatus, ex albido, & fuſco maculatus, intus roſeo colore nitidiſſime ſplendens.

B. Murex mucronatus, minutiſſime ſtriatus; in dorſo colore fulvo depicto candidis punctis in quatuor lineis diſpoſitis cinctus, intus albidus.

C. Murex labio interno fimbriato, externo intus ſtriato, prima ſpira rugoſa, mucrone laevi, & ſublivido; in dorſo ex albido, & fulvo diverſimode notatus.

D. Murex mucronatus, labio externo intus ſtriato, prima ſpira rugoſa, fulvus, & minutiſſimis maculis candidis diverſimode ſignatus.

T. 34.



A

Teresa Mogalli Scul.

(TAB. XXXIV.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS TERTIVM.

MUREX.

A. MVrex maximus, ſtriatus ſtriis craſſioribus, mucrone validis muricibus armato, aure omnium longiſſima, & latiſſima, albidus, intus roſeo colore ſplendens. (*Barigl. Icon.* 1327. *num.* 1.)

T. 35.

Sef. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi fc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

GENVS QVARTVM.

APORRAIS.

APORRAIS eſt Cochlea canaliculata, extrorſum incurvata, mucronata, verſus ſummitatem a latere dextro ſulcata, aurita, labio oris dextro auris inſtar admodum expanſo, & concavo, nec non inſigniter criſpato, aut in appendices elongatas, canaliculatas, & ungularum inſtar incurvatas, atque acuminatas abeunte.

A. A Porrais, ex uno tantum latere inſigniter criſpata, ſtriata, tuberoſa, ex albido, & fulvido variegata. (*Rumph. Tab. XXXV. lit.* B., *Bar. Icon.* 1327. *num.* 9., *Bonan. Claſ. III. num.* 317.)

B. Aporrais, ex utroque latere inſigniter ungulata, ſeu ſenis appendicibus canaliculatis decorata, ſtriata, tuberoſa, ex albido, & fuſco maculata, intus roſea. (*Rumph. Tab. XXXV. lit.* A.)

C. Aporrais, ex uno tantum latere inſigniter criſpata, & ungulata, ſtriata, tuberoſa, ex rubiginoſo, & albo colore diverſimode notata, intus candida. (*Bar. Icon.* 1326. *num.* 7., *Bonan. Claſs. III. num.* 315.)

T. 36.

Iof Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. XXXVI.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS QVARTVM.

APORRAIS.

A. APorrais, ex uno tantum latere criſpata, & ungulata, ſtriata, & tuberoſa, magis anguſta, ſubalbida, aeruginoſo colore infecta. (*Rumph. Tab. XXXV. lit.* E.)

B. Aporrais maxima, ex uno tantum latere criſpata, & ungulata, ſubalbida.

C. Aporrais, ex uno tantum latere inſigniter criſpata, & ungulata ungulis nodoſis, retortis, incurvis, tuberoſa, labio externo, & interno inſigniter, & profunde ſtriato, candida. (*Rumph. Tab. XXXVI. lit.* K.)

T. 37.

A

B

C

D

E

F

G

H

G

I

L

M

L. Manabuoni del.

P. Ant. Pazzi. fc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SECVNDAE
SECTIONIS SECVNDAE.
GENVS QVINTVM.

PVRPVRA CVRVIROSTRA.

PVRPVRA curviroſtra, eſt Cochlea canaliculata, extrorſum incurvata, mucronata, ore in latere ſiniſtro labioſo, e plurimis laminis ſibi invicem impoſitis conflata, ſtriata, & rugoſa.

A. PVrpura curviroſtra, muricata, craſſa, marmorea, candida.

B. E. Purpura curviroſtra, gibboſa, rictu auriculato, ore utrinque dentato, ſtriis raris, papilloſis cancellata, albida, colore rufo maculata.

C. Purpura curviroſtra, craſſa, ponderoſa, validiſſimis aculeis undique armata, aliquando craſse ſtriata, colore terreo obſcuro infecta.

D. G. H. I. L. Purpura curviroſtra, craſsa, labio fimbriato, laminis in folia tenuiſſime laciniata, foliis Endiviae laciniatae, & criſpatae ſimilia expanſis, & effuſis, atro-purpureo colore infecta. (*Rumph. Tab. XXVI. lit.* A. C. D. *num.* 1. 2., *Bonan. Claſ. III. num.* 280. 281.)

- ORE ET PRIMA SPIRA NOTABILITER LARGIORE, ET AMPLIORE SVBSEQVENTIBVS SPIRIS. *Non proportionatae dicendae.*
  - Nerita.
  - Umbilicata.
  - Plana.
  - Auris marina.

APPENDIX AD PARTEM TERTIAM.

OPERCVLA COCHLEARVM MARINARVM VARIA.

- TESTACEA.
- CORNEA.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal 76.

Acropora caespitosa, albida, ramosa, et non ramosa, ramis iunceis. ex Museo N. Gualtieri N.° 5.

Jos. Manab. del. *P. Pazzi sc.*

madrepora Cæspitosa. l.

T. 62

A

A

B

C

F

E

D

G

H

I

L

M

N

IMD.

(TAB. LXII.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE.

SECTIO PRIMA.

COCHLEAE MARINAE BREVIORES PROPORTIONATAE.

Cochleae marinae breviores, proportionatae, ſunt Cochleae marinae breviores, ore, & mucrone inter ſe proportionatis.

GENVS PRIMVM.

COCHLEA TROCHIFORMIS.

COCHLEA Trochiformis, eſt Cochlea marina brevior, proportionata, & mucronata, ore ſubrotundo, atque e baſi latiore, ac planiore in mucronem acuminatum abiens.

A. COchlearum brevium interna ſtructura.

B.C. Cochlea Trochiformis, ſtriis inaequalibus verrucoſis aſpera, & muricibus acutis in ſpirarum commiſſuris circumdata, baſi papilloſa, terreo colore obſcura, intus candida.

F. Cochlea Trochiformis, obſcure ſtriata, caſtanei coloris, in ſpirarum commiſſuris punctis albis per ſeriem diſpoſitis cincta.

E. Cochlea Trochiformis ſtriata, ſulcis gradatim aequaliter diviſa, margine muricibus obliquis coronata, & politura argentea.

D. Cochlea Trochiformis, umbilicata, ſtriata, ſubrubra, in ſpirarum commiſſuris, ex albo punctata, vel radiata.

G. Cochlea Trochiformis, laevis, albida, punctis minimis ſanguineis referta.

H. Cochlea Trochiformis, gradatim mucronata, ſtriata, muricibus acutis in unoquoque ſpirarum margine coronata, albida, ex rufo nebulata.

I. Cochlea Trochiformis, ſtriis raris ſignata, umbilicata, candida, ex ſanguineo, vel pullo colore radiata.

L. Cochlea Trochiformis, ſtriata, umbilicata, gradatim mucronata, margine ipſorum graduum papillis coronato, ex roſeo, & albido colore punctata, & maculata.

M. Cochlea Trochiformis, ſtriata, ex luteo, & fuſco colore radiata.

N. Cochlea Trochiformis, laevis, ex fuſco virideſcens, in ſpirarum commiſſuris linea punctis albis, & roſeis interruptis circumdata.

T. 63.

I. M. A

P. A. P. fe

(TAB. LXIII.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

COCHLEA TROCHIFORMIS.

A. COchlea Trochiformis, rugis tranſverſis craſſis ſignata, baſi concava ſulcata umbilicata, ex albido virideſcens, prope umbilicum ſanguinea inſigni macula infecta.

B. Cochlea Trochiformis, baſi umbilicata, & inſigniter dentata, & rugoſa, in dorſo minutiſſimis globulis per ſeriem diſpoſitis undequaque circumdata, quorum una linea purpureum colorem oſtentat; in altera linea globulus unus eſt nigerrimus, alter candidiſſimus, & ſic alternatim iſte lineae ad apicem uſque mucronis elegantiſſime procedunt.

C. F. H. Cochlea Trochiformis, ſtriata, ſulcata, aſpera, ex politura argentea.

D. E. G. Cochlea Trochiformis, laevis albida, maculis interruptis, per ſeriem diſpoſitis, pullis, aliquando rufis ſignata, & ceu vermiculato quodam opere depicta, intus argentea.

I. Cochlea Trochiformis, laevis, leucophaea, nonnullis latioribus faſciis ex candido, & nigro ſeriatim depictis cincta.

L. Cochlea Trochiformis, ſtriata, ex politura argentea.

M. Cochlea Trochiformis, ſtriata, papilloſa, ex albo, viridi, & rufo ſignata, & depicta.

N. Cochlea Trochiformis, laevis, ex albido, rubro, & ſubviridi per ſeriem lineata.

T. 64.

Tes. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi fc.

(TAB. LXIV.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE

SECTIONIS PRIMAE.

GENVS SECVNDVM.

COCHLEA MARINA BREVIOR PROPORTIONATA TERRESTRIFORMIS.

Cochlea marina Terreſtriformis, eſt Cochlea marina brevior, proportionata, ſtructura ſua magna ex parte Cochleis terreſtribus ſimilis.

A. COchlea marina Terreſtriformis, laevis, in margine primae ſpirae nodoſa, umbilicata umbilico ſinu oblongo, lato, & profundo donato, ex albo terreo, vel ex albo fuſco viridi, aut ex albo viridi maculata, & nebulata. (*Rumph. Tab. XIX. lit.* B.)

B. Cochlea marina Terreſtriformis, profunde ſtriata ſtriis craſſis, maculis rubiginoſis, & fuſcis ſeriatim lineata, oris labio externo criſpato.

C. Cochlea marina Terreſtriformis, umbilicata, ſtriata, aliquantulum depreſsa, undatim ex rubro, & fuſco radiata.

D. E. Cochlea marina Terreſtriformis, ſtriata, umbilicata, viridis, nonnullis maculis piceis ſeriatim elegantiſſime depicta, intus argentea.

F. Cochlea marina Terreſtriformis, laevis, lucide rufeſcens, nonnullis lineis ſubnigris, & albidis catenatis circumdata; ipſo primi orbis apice leviter ſinuato, & aliquantulum producto.

H. Cochlea marina Terreſtriformis, ſtriis nodoſis elegantiſſime exaſperata, pallide rufeſcens.

I. *Ad Neritarum genus pertinet. Vide Tab. LXVI. huius Indicis.*

L. Cochlea marina Terreſtriformis, ſtriis nodoſis exaſperata, & in prima ſpira papillis maioribus, acutis coronata, ſubfuſca.

N. Cochlea marina Terreſtriformis, laevis, citrina.

O. Cochlea marina Terreſtriformis, minutiſſime, & denſiſſime ſtriata, apice ad oris initium parum elato, ianthina. (*Fab. Column. de purp. cap.* 2.)

Vid. Tab. LXVIII. ad litteram A. *huius Indicis*. Cochlea marina Terreſtriformis, maxima, ſpiris gradatim aſsurgentibus, laevis, ex politura argentea.

Similiter in eadem Tab. LXVIII. lit. B. Cochlea marina Terreſtriformis, laevis candida; vel argentea, nigerrimis maculis, aut lineis intenſe, & diverſimode variegata, & ſignata.

A



B

C

D



E E



F



G G

H H



I



L



M



N



O



P



O



Tos. Manabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. LXV.)

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE.

SECTIONIS PRIMAE.

GENVS TERTIVM.

COCHLEA MARINA DEPRESSA.

Cochlea marina Depreſſa, eſt Cochlea marina brevior proportionata, umbone ſatis complanato, & depreſſo.

A. COchlea marina Depreſsa, laevis, nitida, ex purpura nigricans.

B. Cochlea marina Depreſsa, laevis, duabus faſciis una albida, altera murrhina depicta.

C. 1. Cochlea marina Depreſsa, laevis, ſubrubra, labio craſso, ſive pulvinato, auricula tortili.

E. Cochlea marina Depreſsa, in prima ſpira papillis ſubrotundis coronata, reliquo dorſo ſtriato, & punctis pullis, & murrhinis alternis elegantiſſime ſignata; media baſi leviter tumida, & ex albido, & roſeo maculata.

F. Eadem ex caeruleo, albido, & luteo maculata.

G. Cochlea marina Depreſsa, laevis, colore roſeo ſaturo, & faſcia argentea vermiculata elegantiſſime, & lucide depicta.

H. Cochlea marina depreſsa, laevis, opere quodam vermiculato ex candido, & cinereo minutiſſime radiata.

L. Cochlea marina Depreſsa, inſigniter umbilicata, ſtriata ſtriis nodoſis, ex albo, & fuſco punctatim variegata.

M. Cochlea marina depreſsa, laevis, ſublutea, faſcia rufa circumdata, & punctata.

N. P. Cochlea marina Depreſsa, ſtriata, margine ſpirarum horizontaliter ſtellato, ſeu muricato aculeis longis, aliquando brevioribus, acutis, rectis, & complanatis; ventre ſtriis nodoſis exaſperato, albida aliquando argentea.

D. O. Cochlea marina Depreſsa, tranſverſim minutiſſime ſtriata, baſi totaliter complanata, umbilico ampliſſimo, & profundiſſimo, in quo ſpirae omnes margine denticulato proportionaliter decreſcentes, uſque ad ultimum conſpiciuntur; lineis candidis, & notulis caſtanei, aliquando crocei coloris ſeriatim diſpoſitis elegantiſſime ſignata, & alternatim lineata. (*Rumph. Tab. XXVII. lit.* L., *Bonan. Claſs. III. num.* 26.)

T. 66

Iosf. Mercabuoni del.

P Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE.

SECTIO SECVNDA.

COCHLEAE MARINAE BREVIORES NON PROPORTIONATAE.

Cochleae marinae breviores non proportionatae, ſunt Cochleae marinae breviores, ore, & prima ſpira inſigniter, & notabiliter longiore, & ampliore ſubſequentibus ſpiris.

GENVS PRIMVM.

NERITA.

NERITA eſt Cochlea marina brevior non proportionata, oris perimetro a plano horizontali interrupto.

A. NEritarum interna ſtructura.

B. Nerita obſcure, & minutiſſime ſtriata, parva tenuiter dentata, albida, nonnullis maculis nigris conſpicuis maculata. (*Rumph. Tab. XXII. num.* 2.)

C. Nerita laevis, dentata, punctis, & undis ſubviridis coloris depicta, tribus faſciis purpuraſcentibus variegatis diſtincta, intus crocea.

D. E. F. G. H. I. L. M. N. R. Neritarum marinarum varietates, quae ex piceo, & albido, vel ex flavo, & nigro, punctis, faſciis, & maculis diverſimode ſunt variegatae, lineatae, faſciatae, aut ſignatae. (*Rumph. Tab. XXII. num.* 8.)

O. P. Nerita profundis, & latis ſtriis ſulcata, utrinque dentata, ex albido, nigroque catenatim depicta.

Q. S. Nerita profunde ſtriis craſſis, & latis diſtincta, utrinque inſigniter dentata, ex atro colore rufeſcens, intus candida.

T. Nerita ſtriis craſſis, profundis, imbricatis, ſeu bullatis ſignata; labio exteriore rugoſo, & dentato, interiore verrucoſo, albida, ex nigro, & flavo maculata. (*Rumph. Tab. XXII. lit.* N.)

V. Nerita eadem, dentibus introrſum flexis.

X. Nerita ſtriata, dentata, livido colore lucida, & punctis nigris denſe infecta. (*Rumph. Tab. XXII. num.* 4.)

Z. Nerita ſtriata, dentata, oris margine muricato, ex nigro, & albo undatim depicta macula crocea in parte interna notata.

AA. Nerita, ſtriata, candida, punctis vel lineis nigris imbricatim diſpoſitis variegata. (*Bonan. Claſs. III. num.* 200.)

CC. Nerita profunde ſtriis latis ſulcata, labio externo quaſi dupliciter dentato, interno edentulo verrucis aſperſo, nigricans, ſed identidem in profunditate ſulcorum lineis fulvis ſignata, ſtriiſque circularibus cancellata. (*Rumph. Tab. XXII. lit.* M.)

BB. Nerita ponderoſa, tuberoſa, ore ampliore, & ſuperius minimo ſulculo donato, tota eſt albida, duabus vero, vel tribus cruſtulis nigerrimis, in margine labii interioris ſignata, & diſtincta.

Vide Tab. LXIV. lit. I. *huius Indicis*: Nerita ſtriis papilloſis, ſeu granulatis minutiſſime, & nitidiſſime cancellata, depreſsa, ore ampliore, candida.

T. 67.



Jos. Mezabuara del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE.

SECTIONIS SECVNDAE.

GENVS SECVNDVM.

COCHLEA MARINA VMBILICATA.

COCHLEA marina umbilicata, eſt Cochlea marina brevior non proportionata, umbilico conſpicuo, & ſenſibili tuberculo quodam verrucae haud abſimili ut plurimum clauſo donata.

A. B. COchlea marina umbilicata, laevis, vel ſubrufa, vel ex albido, & muſtelino colore lucide nebulata, aut depicta. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib. 3. pag. 397. Bonan. Claſſ. III. num.* 225.)

C. D. Cochlea marina umbilicata, oblonga, veluti ex una tantum ſpira conflata, laevis, lactea, & pellucida.

E. F. G. Cochlea marina umbilicata, laevis, punctis ſubrufis, vel ex livido citrino depicta, vel aliquando candida.

H. E I. Cochlea marina umbilicata, albida, ex rufo undatim, & denſe lineata, aliquando ex citrino, & pullo colore radiata.

L. Cochlea marina umbilicata, laevis, mali aurantii flavedinem referens, nitidiſſima, ex albo nebulata.

M. Cochlea marina umbilicata, laevis, albida, lineis rufis angulos acutos efformantibus denſe ſignata.

N. O. S. Cochlea marina umbilicata, laevis, punctis rufis denſiſſime aſperſa, & circumſcripta. (*Bonan. Claſs. III. num.* 224.)

P. Cochlea marina umbilicata, laevis, ponderoſa, candida, ex nigro, plumbeo, & ſanguineo colore lucide punctata, & ſignata.

Q. R. Cochlea marina umbilicata, cinerea, punctis obſcure rufis aſperſa, faſciis interruptis eiuſdem, ſed magis intenſi coloris circumdata.

T. Cochlea marina umbilicata, candida, punctis, & maculis croceis interruptis faſciata.

V. Cochlea marina umbilicata, fulvida, lineis fuſcis tranſverſis ſignata, quatuor faſciis ex candido, rufoque alternatim depictis lucide diſtincta. (*Bonan. Claſſ. III. num.* 227.)

X. Cochlea marina umbilicata, candida, lineis ex livido fulvidis, inflexis, interruptis, radiata, & ſignata.

T. 60.

A

B

B

C

D

E

E

Ios. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi fc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE
SECTIONIS SECVNDAE.
GENVS TERTIVM.
COCHLEA MARINA PLANA.

COCHLEA marina plana, eſt Cochlea marina brevior non proportionata mucrone vix ſenſibili, admodum depreſſa, & complanata.

C. COchlea marina plana, ſtriata, corniculis quibusdam glomeratis, intortis, & canaliculatis muricata, & ungulata, ex terreo, & atro colore infecta, intus argentea. (*Rumph. Tab. XX. lit.* H., *Bonan. Claſſ. III. num.* 31.) An inter Teſtas non Turbinatas eſt numeranda ?

D. Cochlea marina plana, ſtriata ſtriis nodoſis, & leviter muricatis, aſpera, ex roſeo, & rubro ſaturo variegata, & maculata, intus argentea.

E. Cochlea marina plana, ore oblongo, anguſto, depreſſo; unica ſpira externe deſuper contecta, ſtriata, ſtriis a ſummitate ad peripheriam, ſeu marginem excurrentibus, aliiſque ſtriis dorſum ambientibus cancellata : eius baſis totaliter complanata eſt, in qua limbus leviter a plano elatus ſpirarum internam ſtructuram deſignat : in eadem baſi ſtriae a centro ſpirarum ad marginem inflexae, aliiſque ſtriis circularibus decuſſatae, opus ſimiliter cancellatum minutiſſime efformant. Tota eſt albida, aeque, ac rariſſima.

A. B. *Vide deſcriptionem Tab. LXIV. huius Indicis, ad quam pertinent hae duae Cochleae Terreſtriformes.*

T. 69

A

B

C

D

E

B

F

H

F

I

L

H

M

Iof. Menabuoni del.

P. Ant. Parri sc.

PARTIS TERTIAE CLASSIS SEXTAE

SECTIONIS SECVNDAE.

GENVS QVARTVM.

AVRIS MARINA.

AVRIS marina, eſt Cochlea marina brevior non proportionata, plana, admodum depreſſa, & tantillum incurvata, ore omnium ampliſſimo, & patentiſſimo.

A. AVris marina, leviter ſtriata, ex flavo virideſcens. (*Rondelet. de Teſtaceis lib.* I. *cap.* 3. *pag.* 5.

B. Auris marina, maxima, profunde ſulcata, intus, & extra argenteo caeruleo colore nitens. (*Bonan. Claſſ. I. num.* II.)

C. Auris marina, leviter ſtriata, lucide albida, pluſquam ſexdecim foraminibus diſtincta.

D. Auris marina, anguſtior, oblonga, laevis, ex flavo virideſcens; in qua viginti ſeptem foramina numerantur.

E. L. M. Auris marina, ſtriis flexuoſis, & ſulcatis, fuſca, intus ex caeruleo argentea. (*Bonan. Claſs. I. num.* 10.)

I. Auris marina, maior, profunde ſulcata, magis depreſſa, fuſco colore obſita, intus argentea. (*Liſt. pag.* 167. *Tab. III. num.* 16.)

F. Auris marina, magis depreſſa, ore magis expanſo, minutiſſime ſtriata, ſed nullis foraminibus diſtincta, candidiſſima.

H. *Vide deſcriptionem Tab. IX. huius Indicis, in qua inter Patellas marinas adnumerata fuit.* patella crepidula.

T. 70.



Fol. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi fe.

(TAB. LXX.)

APPENDIX
AD CLASSEM SEXTAM PARTIS TERTIAE
SECTIO TERTIA.
VARIA COCHLEARVM MARINARVM OPERCVLA.

GENVS PRIMVM.
OPERCVLVM COCHLEARVM MARINARVM TESTACEVM.

A. OPerculum teſtaceum ſubrotundum, maximum, ponderoſum, marmoreum, laeve ſuperius ex candido, & viridi nebulatum, ſubtus ex fuſco depictum, & ſpiris nigricantibus circulariter inflexis ſtriatum. (*Rumph. Tab. XX. lit.* A.)

AA. Operculum teſtaceum, ſubrotundum, in ſe compreſſum, & in ſe contortum, minimum, fragile, candidum.

E. F. Operculum teſtaceum, ſubrotundum, in ſe contortum, ſubalbidum, aliquando ex candido rubrum, aliquando flammeum: Vmbilicus marinus, lapis Sanctae Margaritae, Oculus Sanctae Luciae dictum. (*Rumph. Tab. XX. lit.* C. E.)

H. I. Operculum teſtaceum, ſubrotundum, granulatum, ſubalbidum. (*Rumph. Tab. XX. lit.* D.)

P. Operculum teſtaceum, ex una parte rectum, ex altera ſubrotundum, minutiſſime ſtriatum, ſtriis a ſummitate ad peripheriam excurrentibus, ſubtus marginatum, candidum. (*Rondelet. lib.* 2. *pag.* 105. *cap.* 40. *an Rumph. Tab. XX. num.* 6.)

Q. Operculum teſtaceum, ex una parte rectum, ex altera ſubrotundum, ſtriatum, & lineatum, ſtriis a ſummitate ad peripheriam excurrentibus, lineis vero ab eadem ſummitate ad marginem rectum circulariter deductis, ſubtus articulatione quadam ſingulari conſpicuum, ex livido rubeſcens. (*an Rumph. Tab. XX. num.* 5., *Aldovrand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 397.)

R. Operculum Teſtaceum complanatum, convolutum, cochleatum, ſtriatum, ſubalbidum. (*Iani Planci pag.* 18. *Tab. III. Fig.* 1.)

L. M. Operculum teſtaceum, in ſe contortum, rugoſum, in medio macula ex viridi nigricante oculi pupillam referente notatum. (*Rumph. Tab. XX. lit.* B.)

N. O. Opercula teſtacea, parva, ſubrotunda, candida, quae a Cl. Mercato foſſilia reperta, lapis Ocularis, lapis Chelidonius nuncupantur in *Methallot. pag.* 183. *&* *pag.* 343.

GENVS SECVNDVM.
OPERCVLVM COCHLEARVM MARINARVM CORNEVM.

B. OPerculum corneum, oblongum extremitatibus acuminatis, ſulcis ellipticis ſtriatum, ſeu lamellatum, ex fuſco, & rubiginoſo colore depictum. (*Rumph. Tab. XX. n.*4.)

C. D. Operculum corneum, extremitatibus ſubrotundis, diverſimode incurvatum, altero margine elato, & coſtulato, nonnihil ſtriatum, & lamellatum, ex fuſco rubiginoſum: Blacta Byzantia dictum. (*Rumph. Tab. XX. num.* 3.)

G. Operculum corneum, extremitatibus acuminatis, anguſtum, oblongum, diverſimode inflexum, lineatum, & coſtulatum, fuſcum: Vngula aromatica dictum.

NOnnulli Cl. Auctores Opercula iſta praecipue Teſtacea, tamquam alteram valvam acceperunt, & idcirco omne Genus Cochlearum Turbinatarum ad Teſtas bivalvas referendum eſſe crediderunt: ſed cum ipſa Opercula non habeant veram, & propriam cum tota Teſta unitam articulationem, hac de cauſa Teſte iam deſcriptae, tamquam integrae ſunt conſiderandae, & univalvae: Opercula vero ut Appendices ad partem mollem ipſius animalis tantummodo pertinentes habendae ſunt.

INDICIS

TESTARVM

QVAE ADSERVANTVR IN MVSEO

NICOLAI GVALTIERI

PARS QVARTA

CONTINENS

CONCHAS MARINAS

Conchae marinae ſunt Teſtae marinae bivalvae, ideſt duabus conſtant valvis, in cardine articulatione quadam inter ſe coniunctis, ut commode claudi, & aperiri queant.

TABVLA GENERICA TESTARVM

PARTIS QVARTAE.

CONCHAE MARINAE.

- Valvis aequalibus Aequilaterae.
- Valvis aequalibus Inaequilaterae.
- Valvis Inaequalibus.

Aqua muta, et sine Anima quae Dei nutu iubebantur Animalia faciebat, ut ex hoc Mirabilia tua Nationes enarrent. Esd. L. 4. C. 6. 48.

F. Maneboni del.

Madrepora maior foliacea, caespitosa, undosa, et crispa ex Museo N. Gualtieri. N.° II.

PARTIS QVARTAE

CLASSIS PRIMA

CONCHAE EQVILATERAE.

Conchae Equilaterae, ſunt Conchae marinae valvis aequalibus ex utraque Cardinis latere aequaliter effuſae.

TABVLA GENERICA TESTARVM

CLASSIS PRIMAE PARTIS QVARTAE.

CONCHAE EQVILATERAE.

- VMBONATAE, ET RECTA INCVRVATAE.
  - Notabiliter umbonatae.
    - Subrotundae vulgares.
    - Cordiformes equilaterae.
  - Mediocriter umbonatae.
    - Craſsae,
    - Pectines.
- VMBONATAE, ET OBLIQVE INCVRVATAE
  - Notabiliter umbonatae.
    - Subrotundae vulgares.
    - Chamae equilaterae.
  - Mediocriter umbonatae.
    - Subrotundae vulgares.
    - Tellinae equilaterae
- NON VMBONATAE.
  - Pinnae.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal. 76.

Porus Anguinus crustaceus tubulatus capsulis minimis.
ex Museo N. Gualtieri n.° 55.

I. Menabuoni del. *B. Sgrilli Sculp.*

cellepora Spongites. l.

T. 71.



A



B





C





C



D



E



F

G



H

I



M



M





L





N



N

Venabuoni del.

P. Ant. Incis.

(TAB. LXXI.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO PRIMA.

CONCHAE MARINAE NOTABILITER VMBONATAE ET RECTA INCVRVATAE.

Conchae marinae notabiliter umbonatae, & recta incurvatae, ſunt Conchae marinae valvis aequalibus aequilaterae, cardine notabiliter umbone donato, & recta incurvato.

GENVS PRIMVM.

CONCHA marina valvis aequalibus aequilatera notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda vulgaris.

A. COncha valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, ſubrotunda, vulgaris laevis, craſsa, candida, ad alterum latus ex fuſco maculata. (*Rondelet.de Teſtaceis lib.*1.*c.*7.)

B. Concha valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, ſubrotunda, vulgaris, laevis, tenuis, pellucida, candida, nonnullis lineis raris aliquando circumdata. (*Rondelet de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 33. *pag.* 32., *Bonan. Claſſ. II. num.* 53.)

C. Concha valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, ſubrotunda, vulgaris, laevis, ſubalbida, lineis fuſcis, & fulvidis circumdata, & radiata, intus purpuraſcens. (*Iani Planci cap.* 25. *Tab. III. lit.* A.)

D. Concha valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, ſubrotunda, vulgaris, laevis, pellucida, candida.

GENVS SECVNDVM.

CONCHA CORDIFORMIS VMBONE CARDINVM DIDVCTO.

Concha cordiformis umbone cardinum diducto, eſt Concha marina valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, inſigniter ventricoſa, umbone cardinum diducto.

E. COncha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum diducto, laevis, ſubalbida, & nonnullis lineis fuſcis, a cardine per dorſum circulariter excurrentibus ſignata. (*Bonan. Claſſ. II. num.* 92., *Rumph. Tab. XLVIII. num.* 10.)

GENVS TERTIVM.

CONCHA MARINA CORDIFORMIS AEQVILATERA VMBONE CARDINVM VNITO.

F. COncha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata ſtriis craſſis, elatis, ſubrotundis, quatuor lineis fuſcis circumdata.

G. Concha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata, altero latere minutiſſime exaſperato, albida, aliquando citrina.

H. Concha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata, altero latere leviter imbricato, fuſca, punctis piceis raro notata.

I. Concha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, parva, ſtriata, ſubalbida, fulvis lineis maculata, & circumdata.

L. Concha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata, ſtriis craſſioribus, candida, maculis, & lineis fulvis referta, & circumdata.

M. Concha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriis craſſis, profundis latis donata, ſubalbida, faſciis fuſcis diverſimode circumdata. (*Rumph. Tab. XLIV. lit.* K.) *Rondelec. de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 19. *pag.* 21.)

N. Concha Cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata ſtriis minutiſſime, & elegantiſſime imbricatis, cuius valvae in peripheria denticulis minimis aptae, profunde & mirabiliter connectuntur, ex albo fulvida, intus purpuraſcens. (*Bonan. Claſſ. II. num.* 110., *Rumph. Tab. XLIV. lit.* G)

T. 72

A





A



B





C



C

D



D



E





F



G





H





Gio: Manabuoni del.

P. Ant. Parisi fe

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS TERTIVM.

CONCHA MARINA CORDIFORMIS AEQVILATERA VMBONE CARDINVM VNITO.

A. COncha cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata, ſtriis latis canaliculatis muricata aculeis longis, & acutis, aliquando recurvis in ſummitate ſtriarum poſitis, albida, & parvis maculis luteis obſcure faſciata. (*Bonan. Claſs. II. n. 97.*)

B. Concha cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata, muricata, ut ſupra, muricibus brevioribus, ſubalbida, & maculis fuſcis nigricantibus depicta. (*Rondelet. de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 20. *pag.* 22.)

C. Concha cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito, ſtriata, ſtriis latis angularibus, in quarum extremitate prope peripheriam aculei totidem producuntur, candida, lineis luteis circumdata.

D. Concha cordiformis aequilatera, umbone cardinum unito. Celeberrimus Fabius Columna (*in libro de purpura cap.* 17.) ita hanc Concham deſcribit: *Peculiare huic rariori, quod praeter ſtrias, aliis Conchis communes, quae huic laeves, & latiores duplo fere ſunt ſtrigibus; ſtriae iſtae iterum ab anguſto, & elato limbo, intus fiſtuloſo, ſupra illarum dorſum decurrente in alias tenues novenas ſtrias efformantur, & loco ſtrigium eſſe videntur: & Conchae margo extrema Roſtrata efficitur ſingulis novenis ſtriis, quae interna parte cavae apparent. Conchae Cervix magna eſt, & craſſa, ut clauſa Teſta ſe tangat cum alterius valvae cervice, mediumque locum occupat Conchae, quae circa illas in latus ampla fit oblique, ut diametrum aequet, habeatque ternas connexiones pyxidatas, quarum minima, quae proximior maiori limbo, ſive roſtro eſt, media maior, tertia longior: In ima omnium ſtrige, rugoſa oblique lineis apparet Concha. Hanc Plinium noviſſe, vel ſimilem, cenſeri poteſt, & deſcripſiſſe ſub illa nota*, margine in mucronem emiſsa; *quamvis haec in plures deſinat mucrones, totaque margo mucronata; quare Concha* μαχαιροραβδώτη *appellari poteſt. Quatuor uncias diametrum aequat. Concha tota candida, non nimis craſſa eſt Teſta, quam Romae habuimus, & ſimilem Imperatus habet.*

SECTIO SECVNDA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS AEQVILATERAE MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATAE ET RECTA INCVRVATAE.

GENVS PRIMVM.

CONCHA CRASSA.

Concha craſſa, eſt Concha marina valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, cardine denticulatim unito, Teſta craſſiore, eiuſque extrema ora interne crenata.

E. F. COncha craſſa, ſtriata, ſtriis prominentibus, aliiſque ſtriis circularibus faſciata, & exaſperata, ſubalbida. (*Rumph. Tab. XLIII. lit.* D.)

G. Concha craſſa, laevis, ſubalbida, luteis maculis radiata, ſignata, faſciata, & virgulata, intus macula fuſca obſcurata.

H. Concha craſſa, ſtriata, ſtriis rotundis, & rarioribus, ex candido ſublutea, maculis piceis diverſimode punctata, & notata.

T. 73.

Iosf. Merabuoni del.

P. Ant. Pozzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE
SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

CONCHA CRASSA.

A. COncha craſſa, ponderoſa, hirſuta, & ſerico villoſo indumento fuliginoſi coloris veſtita.

GENVS SECVNDVM.

PECTEN TENVIS.

Pecten tenuis, eſt Concha marina valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, magis, vel minus rugoſa, ſtriata, cardine aurito, teſta tenuiore, & ſtriis latioribus, ac compreſſis, vel ſubrotundis.

B. PEcten Tenuis, admodum complanatus, ſive compreſſus, fragilis, pellucidus, ſtriatus ſtriis in dorſo veluti lineis a cardine ad circumferentiam diffuſis, interne vero ſtriis rarioribus aequidiſtantibus, in plano aequali, aequaliter eminentibus. Pars externa zizyphino colore rubeſcit; interna vero eſt candida, aliquando utraque pars lactea. (*Rumph. Tab. XLV. lit.* A. B., *Bonan. Claſs. II. num.* 108.)

C. Pecten Tenuis, complanatus in dorſo lineis minutiſſimis, & denſiſſimis a cardine ad oram, nonnulliſque aliis circularibus ſignatus, interne minutiſſime ſtriatus ſtriis eminentibus, phoeniceo colore ſplendide luceſcens.

D. Pecten Tenuis, ſtriis craſſioribus notatus, luteus.

E. Pecten Tenuis, ſtriis craſſis, ex fuſco, & albido variegatus.

F. Pecten Tenuis, ſtriis ſtriatis ſignatus, ex albido, & roſeo colore nebulatus.

G. Pecten Tenuis, ſtriatus, fuſcus, ex albido aliquando faſciatus.

H. Pecten Tenuis, ſtriis craſſis, latis, rotundis, & raris diſtinctus, totus candidus.

I. Pecten Tenuis, ſtriatus ſtriis rotundis minutiſſime, & acutiſſime muricatis, ex ſubalbido croceus.

L. Pecten Tenuis, mediocriter craſſus, ſtriatus ſtriis plurimis, minutiſque inciſuris ſignatis, croceus.

M. Pecten Tenuis, ſtriis craſſis ſtriatus, ex candido cinereus, in apice ex fuſco coloratus, prope marginem linea quadam circumdatus.

N. Pecten Tenuis, ſtriis aliquando minutiſſime muricatis diſtinctus, ex croceo rufeſcens.

O. Pecten Tenuis, minor, ſtriis rotundis, & craſſis, ex fuſco purpuraſcens, punctis candidis, & piceis aliquando aſperſus.

P. Pecten Tenuis, ſtriis nodoſis rotundis ſignatus, fuſcus, lineis piceis, & punctis cinctus.

Q. Pecten Tenuis, ſtriis rotundis ſtriatus, ex albido roſeus, tribus radiis albidis per longitudinem radiatus.

R. Pecten Tenuis, ſtriatus, ſtriis ſubrotundis, in dorſo muſtelino, in cardine croceo colore inſignitus, quatuor lineis ſubtiliſſimis rufeſcentibus faſciatus.

T. 74

Nel. Monabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. LXXIV.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

PECTEN TENVIS.

A. B. C. PEcten Tenuis, ſtriatus ſtriis raris, latis, & depreſſis, aliquando ex albido, & nigro, aut piceo, ſeu livido colore, marmoris inſtar nitide variegatus, punctatus, faſciatus, aut nebulatus.

D. Pecten Tenuis, ſtriatus ſtriis duplicibus, ex flavo virideſcens, lineis rufis faſciatus.

E. Pecten Tenuis, ſtriatus ſtriis latis, ex fuſco ferrugineus, pullo colore faſciatim maculatus, & lineatus.

F. Pecten Tenuis, ipſis latis ſtriis ſtriatis, & minutiſſime granulatis diſtinctus, rubicundus, maculis atro-purpureis aſperſus, circa cardinem candidiſſimus, & notulis piceis elegan-ter virgulatus, interne candidus, & in margine croceo colore depictus.

G. Pecten Tenuis, ſtriatus, luteus, maculis albis ſignatus, prope cardinem candidus, & ex fuſco punctatus.

H. Pecten Tenuis, ſtriatus ſtriis imbricatis, & muricatis, ex roſeo, & albido variegatus.

I. Pecten Tenuis, ſtriis rotundis latis, ſatis complanatus, candidus, cardine croceo.

L. Pecten Tenuis maior, ſtriis craſſioribus eminentibus rugoſis, & minutiſſimis papillis exaſperatis, ex albido cinereus; aliquibus maculis raris piceis depictus.

GENVS TERTIVM.

PECTVNCVLVS.

PECTVNCVLVS, eſt Pecten teſta tenuiore, & ſtriis tenuioribus inaequaliter auritus, valde compreſſus; a cardine ad oram magis elongatus, una aure admodum brevi, & quandoque omnino deſtitutus.

M. PEctunculus, ſtriis imbricatis, & muricatis, ex rufo, & ſubalbido variegatus.

N. O. Pectunculus, uno ſtriarum ordine alteri ſuperimpoſito, ex rubro croceus, vel ex piceo nigricans.

P. Pectunculus, alternis fere ſtriis paulo minoribus, imbricibus exaſperatis, croceus.

Q. Pectunculus, ſtriatus ex albido, & roſeo colore depictus.

R. Pectunculus, ſtriis acutis muricibus exaſperatus, croceus.

S. Pectunculus, ſtriatus, altero latere leviter granulato, ex flavedine albicans.

T. Pectunculus, ſtriatus, colore muſtelino depictus, flavis maculis notatus, & faſciatus.

V. Pectunculus, minutiſſime ſtriatus croceus.

X. Pectunculus, ſtriis late rotundis, colore carneo, & faſciis rubris diſtinctus.

Z. Pectunculus, ſtriis raris, & latiſſimis, colore aurantii, & apice albido notatus.

AA. Pectunculus parvus, minutiſſime ſtriatus, ruber.

BB. Pectunculus, ſtriis ad cardinem inaequaliter concurrentibus, ex albido flavus, punctis rubris notatus.

CC. Pectunculus complanatus, quatuor tantum ſtriis latiſſimis diſtinctus, piceo colore depictus.

DD. Pectunculus complanatus, ipſis latiſſimis ſtriis bifidis, ex albido flavus.

EE. Pectunculus aſper, ſagrinatus, oblongus, in medio dorſi circulo elato veluti duplicatus, candidus.

T. 75.

A

B

C

C

C

D

D

E

F

G

H

H

N

L

M

M

P

O

Q

R

R

S

Ios. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS SECVNDAE.

GENVS QVARTVM.

CONCHA PECTINIFORMIS AEQVILATERA A CARDINE AD ORAM MAGIS CONTRACTA.

A. COncha Pectiniformis aequilatera, ſtriata ſtriis granulatis, aliquando bifidis, albida, aliquibus maculis ſubrubris punctata.

B. Concha Pectiniformis aequilatera, parva, tenuis, ſtriis cancellatis, ſubrubro colore depicta.

C. Concha Pectiniformis aequilatera, ſtriis cancellatis elegantiſſime diſtincta, ſtriae vero a cardine ad oram ut plurimum craſſiores ſunt; illae autem, quae dorſum circumdant, minutiſſimae, & acutae, in decuſſatione quaſi imbricatae exaſperantur, & undatim diriguntur, in margine interno tenuiſſimae, & argutiſſime eſt denticulata. Tota eſt lactea.

D. Concha Pectiniformis aequilatera, depreſſa, ſtriis raris complanatis, & aliquibus lineis circumdata, candida.

SECTIO TERTIA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS AEQVILATERAE NOTABILITER VMBONATAE ET OBLIQVE INCVRVATAE.

GENVS PRIMVM.

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBVS AEQVILATERA NOTABILITER VMBONATA ET OBLIQVE INCVRVATA SVBROTVNDA VVLGARIS.

E. COncha marina valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, vulgaris, ſtriis circularibus minutiſime ſignata, & cincta, fulvida.

F. Concha marina valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, vulgaris, ſtriis denſiſſimis, & profundis tranſverſim ſtriata, & exaſperata, candida, leviter ex fuſco variegata, & radiata.

G. Concha marina valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, vulgaris, tranſverſim ſtriata, ex albido, & fuſco ſignata, & lineata.

H. Concha marina valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, vulgaris, ſtriis circularibus profundis, elatis, bullatis exaſperata, & circumdata, craſſa, ſubalbida,

GENVS SECVNDVM.

CHAMA AEQVILATERA.

CHAMA Aequilatera, eſt Concha marina valvis aequalibus aequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, ventricoſa, umbone eminentiore, acutiore, & ſenſibiliter incurvato, ſuaque incurvatura e latere foſſulam cordiformem oblongam efformans.

L. CHama Aequilatera, ſtriata, parva, candida.

M. Chama Aequilatera, tranſverſim leviter lineata, fuſca.

N. Chama Aequilatera, tranſverſim ſtriata, ſubviridis, ex albo faſciata.

O. Chama Aequilatera, tranſverſim ſtriata, ſubalbida, lineis rubicundis undatim, & diverſimode punctata, & variegata.

P. Chama Aequilatera, tranſverſim ſtriata, albida, lineis, & maculis purpureis undatim ſignata.

Q. Chama Aequilatera, laevis ponderoſa, triangularis, candida, aliquibus fulvis maculis obſcure notata.

R. Chama Aequilatera, tranſverſim ſtriata, ex albido-roſeo colore depicta.

S. Chama Aequilatera, tranſverſim ſtriata, ex fulvido rubeſcens.

T. 76.

A

B

C

C

D

D

E

E

F

G

G

Monabuoni del

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE.

SECTIONIS TERTIAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

CHAMA AEQVILATERA.

A. CHama aequilatera, tranſverſim ſtriata, candida, lineis undatis fuſcis variegata, & ſignata.

B. Chama aequilatera, papillis minimis acutis exaſperata, ſeu ſcobinata, ad alterum latus ſinuoſa, albida, umbone rubeſcente. (*Rumph. Tab. XLV. lit.* G.)

C. Chama aequilatera, laevis, candidiſſima, foſſula cordiformi ſatis conſpicua.

D. Chama aequilatera, tranſverſim profunde, veluti per lamellas ſtriata, foſſula cordiformi magis conſpicua, ibique lateraliter inſigniter aculeis acutis, & validis muricata, ſubalbida. (*Rumph. Tab. LVIII. num.* 4.)

SECTIO QVARTA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS AEQVILATERAE MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATAE ET OBLIQVE INCVRVATAE.

GENVS PRIMVM.

CONCHA marina valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda.

E. COncha marina valvis, aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, papillis, ſeu lamellis, veluti depreſſis imbricibus umbonem verſus ſpectantibus exaſperata, ſeu ſcobinata, albida.

F. Concha marina valvis, aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, ſtriis profundis tranſverſis umbonem verſus decreſcentibus elegantiſſime undique cincta, albida,

G. Concha marina valvis, aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, globoſa, ponderoſa, cancellatim ſtriata, ſubalbida, ex fulvo obſcure notata, altero latere macula atro-fuſca infecto.

T. 77.

Tos. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. LXXVII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS QVARTAE.

Soquitur GENVS PRIMVM.

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBVS AEQVILATERA MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATA ET OBLIQVE INCVRVATA SVBROTVNDA.

A. COncha Marina, valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, complanata, ſtriis cancellatis elegantiſſime ſignata, candida. (*Rumph. Tab. XLII. lit.* H.)

B. Concha Marina, valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, lineata, ad marginem ſtriata, candida.

C. Concha Marina, valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, complanata, rranſverſim ſtriata, albida, lineis fuſcis angulos acutos efformantibus aliquando undatim ſignata (*Bonan. Claſſ. II. num.* 42., *Rumph. Tab. XLII. lit.* C.)

D. E. Concha Marina, valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, aliquibus lineis circumdata, ad alterum latus ſinuoſa, aut albida; aut ſubrubra. (*Bonan. Claſſ. II. num.* 32. *&* 33.)

GENVS SECVNDVM.

TELLINA AEQVILATERA.

TELLINA Aequilatera, eſt Concha marina valvis aequalibus aequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, compreſſa, teſta tenuiore, & a cardine ad oram notabiliter magis contracta, & anguſtior.

F. TEllina Aequilatera, laevis albida.

G. Tellina Aequilatera, laevis, albida, ex fulvido obſcure cincta. (*Rondelet. de Teſtaceis lib.* I. *cap.* 7. *pag.* 8.)

H. Tellina Aequilatera, laevis, albida, linea candida faſciata, intus flava.

I. Tellina Aequilatera, laevis, tenuis, ſubrubra.

L. Tellina Aequilatera, laevis, intus & extra lucidiſſime purpurea.

M. Tellina Aequilatera, laevis, parva ſubrubra.

N. Tellina Aequilatera, laevis, albida, in cardine purpuraſcens.

O. Tellina Aequilatera, ſtriis aliquibus circumdata, candida.

P. Tellina Aquilatera, laevis, intus, & extra candidiſſima.

Q. Tellinna Aequilatera, triangularis, gibboſa, aliquantulum tranſverſim ſtriata: ex viridi albicans.

T. 70

A

B

Jos. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi. f.

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIO QVINTA.

PINNAE.

PINNAE ſunt Conchae marinae, valvis aequalibus aequilaterae, cardine umbone deſtituto.

GENVS PRIMVM.

PINNA RECTA.

Pinna recta, eſt Concha marina, valvis aequalibus aequilatera, non umbonata, tenui teſta compreſſa, a cardine acuminato, & per harmoniam unito, utrinque ſenſim dilatata, & in extremitatem latam longiſſime producta, recta.

A. PInna Recta, diverſimode ſtriata, inferius, veluti tuberculis exaſperata, reſiduo mucrone laevi, externe ſubfuſca, interne in parte latiori lucide fulva, in parte anguſtiori ex plumbeo argentea. Harum Pinnarum altitudo aliquando quatuor pedes excedit. Lanam, ſeu byſſum ex ea parte, qua in terra figitur emittit: & Vniones quandoque fuſcas, quandoque candidas gignit. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 533. *Rondelet. de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 48. *pag.* 50.)

B. Pinna Recta, ſtriata, aculeata, & ſquamoſa ſquamis ſatis eminentibus, rigidis, laciniatis, ex fuſco infecta, intus fulvida, & plumbeo colore lucentiſſime diſtincta. (*Ionſton. lib.* 4. *Tab. XVI.*, *Bonan. Claſſ.* 2. *num.* 26.)

C. Pinna Recta, ſtriis undulatis minutiſſima ſignata, pellucida, fragilis, & ſatis compreſſa.

T. 79.

A

E



E



B

F

C



D



D

Tos. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi fe

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS QVINTAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

PINNA RECTA.

A. PInna Recta, diverſimode rugoſa, & lineata, cornea, pellucida, aliquantulum ventricoſa, ſubalbida.

C. Pinna Recta, ſtriata, pellucida, fragilis, in ſummitate lineis tranſverſis bullatis, & aculeatis ſignata.

D. Pinna Recta tranſverſim, & directe ſtriata, & rugoſa, ſtriis in ſummitate aculeis exaſperatis, ex fuſco-rubro nigricans. (*Ionſton. lib.* 4. *Tab. XVI.*, *Rumph. Tab. XLVI. lit.* M.)

GENVS SECVNDVM.

PINNA INCVRVATA.

E. PInna Incurvata, ſtriis minoribus undulatim rugoſa, ex fulvido ſemipellucida, depreſſa.

B. Pinna Incurvata, ſtriis elatis, & raris eleganter, & aequaliter ſignata, depreſſa, atro-rubro colore intus, & extra ſplendens. (*Ionſton. lib.* 4. *Tab. XVI.*)

F. Pinna Incurvata, ſtriis craſſis, ſeu rugis eminentibus undatim ſinuata depreſſa, fragiliſſima, vitrea albedine pellucida. (*Rumph. Tab. XLVI. lit.* N.)

T. CC O.

Ioſ. Menabuonj del.

Ioſ: Papinj ſculp.

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE.

SECTIONIS QVINTAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

PINNA INCVRVATA.

A. PInna incurvata, diverſimode ſtriata, exaſperata, rugoſa, & lineata, anguſta, oblonga, externe terreo colore nigricans, interne pallide argentea.

T. 61.

A



B.f. Menabuoni del.

P.Ant.o Pazzi f.c.

(TAB. LXXXI.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS QVINTAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

PINNA INCVRVATA.

A. PInna Incurvata, lata, ſubrotunda, depreſſa, ſquamis veluti e laminis compacta, nonnullis aculeis validis obtuſis ad alterum latus armata, externe fuſco nigricante colore lurida, interne vero nigredine quadam lucida ex viridi nitens.

PARTIS QVARTAE
CLASSIS SECUNDA.
CONCHAE MARINAE INAEQVILATERAE.

Conchae marinae Inaequilaterae, ſunt Conchae marinae valvis aequalibus ex utroque cardinis latere inaequaliter effuſae.

TABVLA GENERICA TESTARVM
CLASSIS SECVNDAE PARTIS QVARTAE

CONCHAE INAEQVILATERAE.

- VMBONATAE ET RECTA INCVRVATAE.
  - Notabiliter umbonatae.
    - Subrotunda.
    - Cordiformis.
  - Mediocriter umbonatae.
    - Subrotunda.
- VMBONATAE ET OBLIQVE INCVRVATAE.
  - Notabiliter umbonatae.
    - Subrotunda.
    - Chama.
    - Rhomboidalis.
  - Mediocriter umbonatae.
    - Subrotunda.
    - Pectiniformis.
    - Tellina.
    - Muſculus.
    - Longa.
    - Soleniformis.
    - Mytulus.
  - Mediocriter umbonatae ſtriis, & ſtructura peculiari.
    - Imbricata.
    - Aliformis.
    - Triſidos.
- NON VMBONATAE.
  - Solen.
  - Structura peculiari.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal 76.

Madrepora Candida, digitata, ramis tenuioribus peracutis, tubulis quasi dimidiatis, et sursum spectantibus densissime exasperata.

I. Merabuoni del. — *ex Museo N. Gualtieri N.° 29.* — *B. Sgrilli sculp.*

T. 102.

A



A



B





C





D





E





F





G



H



H



H



Ign. Merabuoni del

P. Ant. Pazzi f.

(TAB. LXXXII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO PRIMA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERAE NOTABILITER VMBONATAE ET RECTA INCVRVATAE.

GENVS PRIMVM.

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBUS INAEQUILATERA NOTABILITER VMBONATA ET RECTA INCVRVATA SVBROTVNDA VVLGARIS.

A. COncha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, laevis, candida.

B. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, laevis, ex livido cornea, & linea albida circumdata.

C. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, gradatim ſtriata, ex albido, & fuſco faſciatim colorata.

D. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, ſtriis minutiſſimis ſignata, ex albido, & caeruleo faſciata.

E. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, craſſa, ſubalbida, ſtriis, & apice nigris notata.

F. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, fulvida, ad marginem maculis albis punctata.

G. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, tranſverſim ſtriata, candidiſſima, punctis, ſeu notulis rufis virgulata, & ſignata.

H. Concha valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, vulgaris, laevis globoſa, candidiſſima, lineis piceis ferratis, angulos acutos efformantibus denſe notata, & ſignata.

T. 103

A

A

B

B

C

C

D

D

E

E

F

F

G

G

H

I

I

Ios. Monabuoni del

P. Ant. Pazzi. fc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS PRIMAE

SECTIONIS SECVNDAE.

GENVS SECVNDVM.

CONCHA MARINA CORDIFORMIS INAEQVILATERA VMBONE CARDINVM VNITO.

A. CConcha Cordiformis inaequilatera, ſtriata ſtriis craſſis rotundis, leviter imbricatis, imbricibus in ſummitate purpureis, dentata candida.

B. Concha Cordiformis inaequilatera, ſtriis magis latis, & complanatis, non ſemper imbricatis, albida.

C. Concha Cordiformis inaequilatera, thorace ſatis prominente, & in acumen erecto, primis ſtriis rotundis elatis, alteris lateralibus imbricatis, dorſo magis compreſſo, & ſtriis parvis veluti lineis ſignato, dentata candida.

D. Concha Cordiformis inaequilatera, ſtriis craſſis elatis, raris lineis tranſverſim ſignatis diſtincta, colore rubiginoſo depicta.

E. Concha Cordiformis inaequilatera, minutiſſime, & elegantiſſime ſtriata, ipſis ſtriis parvis imbricibus frequenter inciſis, dentata, ex ſulphureo candicans.

F. Concha Cordiformis inaequilatera, ſtriis granulatis cancellatim ſignata; ſtriae vero profundiores, & magis conſpicue a parte anteriore umbonis incipientes, per dorſum circulariter excurrunt, & ad umbonem poſticum terminant; aliae vero ſtriae minores a ſummitate eiuſdem umbonis ad marginem concurrunt, craſſa eſt, & ponderoſa, ſubalbida, interno articulationis cardine croceo.

G. Concha Cordiformis inaequilatera, thorace prominente, globoſa, ſtriata ſtriis minimis cancellatis, & granulatis, ex albido rufeſcens.

H. Concha Cordiformis inaequilatera, minor, ſtriata, ſubalbida, intus purpurea.

I. Concha Cordiformis inaequilatera, altera parte ſtriata, altera laevi, intus dentata, ſubalbida.

T. 64.

A A

B B

D C

E E

F

G G

H H

Sof. Monabuoni

P. Ant. Pazzi Sc

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

CONCHA MARINA CORDIFORMIS INAEQVILATERA VMBONE CARDINVM VNITO.

A. COncha Cordiformis inaequilatera, fragilis, pellucida, oblonga, intus, & extra minutiſſime, & elegantiſſime ſtriata, ſtriis in ſummitate duplicibus, maculis roſeis aliquando punctata, ex albido virideſcens, intus argentea.

B. C. D. Concha Cordiformis inaequilatera, fragilis, pellucida, veluti ex charta compacta, una parte compreſſa, altera in aciem tantillum aſſurgente, ſtriis granulatis, & margine ſerrato diſtincta, aliquando nonnullae ſtriae a cardine ad marginem excurrunt, albida.

SECTIO SECVNDA

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERAE MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATAE ET RECTA INCVRVATAE.

GENVS VNICVM

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERA MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATA ET RECTA INCVRVATA SVBROTVNDA

E. COncha valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, tantillum rugoſa, cardine ex uno latere alato, in dorſo lurido colore infecta, intus argentea, & adhuc cum ſplendidiſſima unione conſpicua, Concha Margaritifera dicta.

F. Eadem maxima. (*Aldrovand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 418.)

G. Eadem magis depreſſa, & in dorſo ex rufo, ſubnigro, & ſubalbido colore lamellatim, & undatim ſignata.

H. Concha valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & recta incurvata, ſubrotunda, ſtriata ſtriis minimis circularibus, tenuiſſima, fragiliſſima, & aliquantulum pellucida, in dorſo ex fuſco virideſcens, intus aliquando argentea.

T. 05.

A

A

B

C

C

D

E

F

F

G

H

I

L

L

Ios. Monabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO TERTIA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERAE NOTABILITER VMBONATAE ET OBLIQVE INCVRVATAE,

GENVS PRIMVM.

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERA NOTABILITER VMBONATA ET OBLIQVE INCVRVATA SVBROTVNDA VEL TRIANGVLARIS VVLGARIS.

A. COncha marina valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, vel triangularis vulgaris, ſtriata ſtriis, aut rugis latis craſſis & in una extremitate rotundioribus, & craſſioribus veluti filo ad alterum latus appenſis; ponderoſa, candida, nonnullis maculis plumbeis, & lineis rufis raro nebulata, & ſignata. (*an Rumph. Tab XLVIII. n.* 5.)

GENVS SECVNDVM.

CHAMA INAEQVILATERA.

B. CHama inaequilatera, laevis, craſſa, ſubalbida.

C.E. Chama inaequilatera, ſtriis minimis, & aliquibus lineis faſciata, ſubrufa, aliquando ſulvida.

D. Chama inaequilatera, laevis, nonnullis lineis circumdata, ſubrufa.

F. Chama inaequilatera, laevis, altero latere ſinuato, triangularis, pellucida, fragilis, nitidiſſime candida.

G. Chama inaequilatera, ſtriis iterum ſtriatis, duabus lineis faſciata, ſublutea.

H. Chama inaequilatera, oblique ſtriata, margine interno dentato, ex candido, & roſeo variegata, & faſciata.

I. Chama inaequilatera, minutiſſime, & oblique ſtriata ſtriis a faſciis punctatis interruptis diſtinctis, ſubfuſca.

L. Chama inaequilatera, minutiſſime ſtriata, nonnullis lineis, ſeu rugis ſuper impoſitis raro, & gradatim circumdata, ſubflava, punctis cyaneis, & fuſcis aliquando denſiſſime aſperſa, & ſignata.

T. 96

A



B

C



B

D



E



F



F

G



G



H



I



Ios. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE.

SECTIONIS TERTIAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

CHAMA INAEQVILATERA.

A. CHama inaequilatera, rugis tranſverſis circumdata, ex rubro, & albo tenuiter, & lucide lineata, & radiata, intus candida.

B. C. Chama inaequilatera, ſtriata ſtriis obliquis, & profundis, ex candido fulvido, caeruleo, & rufo lineatim, faſciata ſubalbida.

D. G. Chama inaequilatera, tranſverſim ſtriata, ſeu lineata, altero latere ſinuoſo, ex candido, & roſeo pallide faſciata.

E. F. H. Chama inaequilatera, ſtriis minutiſſimis circumdata, ſubalbida, lineis luteis ſerpentibus, & angulos acutos efformantibus diverſimode ſignata. (*Rumph. Tab. XLII. lit.* B.)

I. Chama inaequilatera, laevis, albida, maculis quadratis obſcure fulvidis teſſellatim ſignata, punctata, & radiata.

T. 97.

Lof. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi sc

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS TERTIAE.

GENVS TERTIVM.

CONCHA RHOMBOIDALIS.

Concha Rhomboidalis, eſt Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, notabiliter umbonata, & oblique incurvata, quaſi quadrilatera, ventricoſa, cardine a baſi rectilinea dentata aſſurgente, & oblique verſus latus brevius ſenſibiliter incurvato, ac reflexo nec non diducto.

A. Concha Rhomboidalis, ſtriata, altero latere ſtriis imbricatis donato, ſubalbida.
B. Concha Rhomboidalis, ſtriata ſtriis craſſis rotundis, candida.
C. Concha Rhomboidalis, ſtriis latis notata, candida, & veluti cuticula quadam rufa veſtita.
D. Concha Rhomboidalis, ſtriis latiſſimis complanatis, & raris diviſa, craſſa, ponderoſa, candidiſſima. (*Rumph. Tab. XLIV. lit.* I.)
E. Concha Rhomboidalis, ſtriis profundis identidem in ſummitate bullatis exaſperata, globoſa, candida. (*Bonan. Claſſ. II. num.* 73.)
F. Concha Rhomboidalis ſubrotunda, dorſo ſatis lato, & expanſo, umbonis cardine depreſſo, & inſigniter diducto; oris rima notabiliter hiante, ſtriata ſtriis aliquando tranſverſis, aliquando circularibus, vel undatis, ex atro-fuſco ſubalbida.
G. Concha Rhomboidalis parva, ſtriata ſtriis granulatis, & in marginis extremitate aliquantulum emiſſis, & ſubtiliſſimo byſſo donatis, fuſca.
H. Concha Rhomboidalis elongata, naviculam exprimens diverſimode, denſiſſime ſtriata, & cancellata, ex albido fulvida, maculis fuſcis, circumdata, punctata, & notata. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 513., *Rumph. Tab. XLIV. lit.* P., *Bonan. Claſſ. II. num.* 31.)
I. Concha Rhomboidalis eadem cum ſuperiori, ſed ſtriata ſtriis inſigniter craſſis, raris, & ſubrotundis.

T. CXCV.

I. M. del.

Pazzi fc.

(TAB. LXXXVIII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO QVARTA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERAE MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATAE ET OBLIQVE INCVRVATAE.

GENVS PRIMVM.

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERA MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATA ET OBLIQVE INCVRVATA SVBROTVNDA.

A. COncha valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, ſtriis, lungitudinalibus minimis, tranſverſis vero elatis, & ſuperimpoſitis, cancellatim ſtriata, modo ex fuſco, modo ex rufo variegata.

B. Concha valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, utrinque in cardine ſinuoſa, aliquibus ſtriis tranſverſis aliquantulum elatis circumdata, albida.

C. Concha valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, ſtriis nonnullis minimis prope marginem ſignata, candida.

D. Concha valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, & oblique incurvata, ſubrotunda, ſtriis foliaceis eminentibus laciniatis, fragilibus criſtata, ſubalbida, nonnullis punctis fuſcis raro notata.

GENVS SECVNDVM.

CONCHA PECTINIFORMIS INAEQVILATERA TRIANGVLARIS.

E. COncha Pectiniformis inaequilatera, Triangularis, ſtriis craſſis rotundis ſignata, ex ſubalbido obſcura.

F. Concha Pectiniformis inaequilatera, Triangularis, ſtriis rotundis craſſis, & imbricatis diſtincta, ſubalbida.

FF. Concha Pectiniformis inaequilatera, Triangularis, ſtriis duplicibus muricatis, aut granulatis exaſperata, albida.

G. Concha Pectiniformis inaequilatera, Triangularis, ſtriata ſtriis raris, & craſſis, & duabus lineis tranſverſis circumdata.

GENVS TERTIVM.

TELLINA INAEQVILATERA.

H.I.L.M.N. TEllina inaequilatera ſatis depreſſa, minutiſſime ſtriata, vel candida, vel purpuraſcens, vel ſubroſea.

O. Tellina inaequilatera, laevis, ex fuſco, & ſubalbido radiata, intus purpuraſcens,

P. Tellina inaequilatera, maxima, rugoſa, candida, intus argentea.

Q. Tellina inaequilatera, laevis, margine interno minutiſſime dentato, ex albido, & violaceo faſciata, & ex fulvido maculata, & radiata.

R. Tellina inaequilatera, laevis, margine interno minutiſſime dentato, ſed prope cardinem denticulis ſpiſſis, elatioribus, acutis conſpicua, oleagina, intus argentea.

S. Tellina inaequilatera ad alterum latus ſtriis bullatis donata, aliquibus lineis circumdata, una parte rufa, altera candida.

T. Tellina inaequilatera, altero latere inſigniter producto, & ſinuoſo, ex chalteo, & roſeo colore nebulata, & depicta, aliquando eſt tota crocea, nonnullis lineis circumdata.

V. Tellina inaequilatera, aliquatulum tranſverſim ſtriata, & lineata, anguſtior, ex fuſco purpuraſcens, duobus radiis albicantibus conſpicua.

T. 09.





Iof Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. LXXXIX.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS QVARTAE.

Sequitur GENVS TERTIVM.

TELLINA INAEQVILATERA.

A. TEllina Inaequilatera, aliquantulum rugoſa, prope marginem fuſca, in medio faſcia ſubalbida cincta, ad cardinem purpuraſcens.

B. Tellina Inaequilatera, minutiſſime tranſverſim ſtriata, ex candido, & ſubalbido faſciata.

C. Tellina Inaequilatera, ſtriata, candida, ex roſeo pellucida.

D. Tellina Inaequilatera, altero latere truncato, anguſto, & ſtriato, margine interno dentato, candida, intus purpuraſcens.

E. Tellina Inaequilatera, altero latere ſinuoſo, tranſverſim rugoſa, candida, cardine purpuraſcente.

F. Tellina Inaequilatera, laevis, margine interno minutiſſime, & undique denticulato, ex albido purpuraſcente colore quaſi alternatim faſciata, intus lucide, & intenſe purpurea.

G. Tellina Inaequilatera, obſcure ſtriata, ſinuoſa, ex cinereo ſubalbida, intus roſea.

H. Tellina Inaequilatera, minutiſſime ſtriata, nonnullis lineis, ſeu rugis albidis circumdata, ex fulvido, & pullo colore inſigniter radiata, & nonnullis punctis hyantinis ſaepius inaequilater aſperſa.

I. Tellina Inaequilatera, laevis, lucide candida, pellucida, oblonga, ex roſeo nitidiſſime radiata.

T. 90.

A

A

B

C

C

D

D

E

F

F

H

Ios. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS QVARTAE.

GENVS QVARTVM.

MVSCVLVS.

Mvscvlvs, eſt Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, rugoſa, a cardine leviter umbonato, & unito ad oram anguſtior, & uno latere notabiliter elongato.

A. MVſculus rugis tranſverſis inaequalibus ſignatus, ex fulvo, & albido infectus. (*Aldovrand. de teſtaceis lib. 3. pag. 473.*)

B. Muſculus ſtriatus, ſtriis ſtranſverſis, & longitudinalibus cancellatus, quarum nonnullae latere elongato craſſiores ſunt, rufus.

C. Muſculus ſtriis cancellatis diverſimode exaſperatus, ventricoſus, latere elongato acutum thoracem efformans, & in margine interno dentatus, tophaceus.

GENVS QVINTVM.

CONCHA LONGA.

Concha Longa, eſt Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, rugoſa, cardine leviter umbonato, & unito, nec non iu extremitate unius lateris ſito, ad horam anguſtior, altero vero latere longiſſime producto.

D. COncha Longa, recta ſtriata, ſeu rugoſa, caſtaneo colore lucida.

E. Concha Longa, incurvata, leviter rugoſa, pellucida, intus, & extra ex candido, & violaceo colore nitide variegata.

F. Concha Longa, incurvata, ſtriata, rugoſa rugis imbricatis, & undatim productis profunde ſulcatis, albida.

H. Concha Longa, incurvata, ſtriis ſeu lineis undatim ſignata, obſcure tophacea, intus argentea.

T. 91.


A


B





C

A




D


E



E


F F


F


H


H

H

H

Ios Menabò del.

Pazzi sc.

(TAB. LXXXXI.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE.

SECTIONIS QVARTAE.

GENVS SEXTVM.

CONCHA SOLENIFORMIS.

Concha Soleniformis, eſt Concha marina, valvis aequalibus inaequilatera, recta, compreſſa a cardine leviſſime umbonato ad oram admodum anguſta, lateribus utrinque aequaliter latis, & in ſua extremitate aperta, ſeu hians.

A. Concha Soleniformis, laevis aut leviſſime ſtriata, fragilis, pellucida, teſta tenuiſſima cornea, ſubalbida, aliquando flaveſcens. (*Iani Planci de Conchis pag.* 33. *Tab. III. Fig.* 5.

B. Concha Soleniformis, leviter rugoſa, teſta fragili pellucida, coſta unica ex interna parte firmata, ex candido, & violaceo radiata. (*Rumph. Tab. XXXXV. lit.* E.)

C. Concha Soleniformis, rugoſa, lineis hinc inde decuſſatis ſignata, ſubroſea, duobus candidis radiis in medio diſtincta. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 471., *Bonan. Claſs. II. num.* 76.)

D. Concha Soleniformis, rugoſa, fragilis, cornea, extremitatibus lateralibus reflexis, & magis rugoſis.

GENVS SEPTIMVM.

MYTVLVS.

Mytvlvs, eſt Concha marina, valvis inaequalibus aequilatera, leviter umbonata, aliquando rugoſa, & ventricoſa, a cardine ſenſim contracto, & acuminato ad oram ſubrotundam, & latam longe producta, aliquando etiam in ſua ſuperficie filamentis longis ſeu byſſo donata.

E. Mytulus latus, aliquando laevis, aliquando rugoſus, ex albido nitide violaceus, ſeu obſcure hyanthinus. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 514.)

H. Mytulus denſiſſime ſtriatus, per medium dorſi coſtulatus, caſtaneo colore depictus, ut plurimum ad marginem byſſo veſtitus.

F. *Haec Concha pertinet ad Genus quartum in Tabula XC. praecedenti deſcriptum, & eſt* Muſculus minutiſſime ſtriatus, ex ſubrufo obſcure coloratus, ad marginem byſſo donatus. (*Bonan. Claſs. II. num.* 78.)

T. 92

A


A


A


G



D



D

F


B


B




E


C




E

(TAB. LXXXXII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIO QVINTA.

CONCHAE MARINAE VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERAE MEDIOCRITER VEL LEVITER VMBONATAE ET OBLIQVE INCVRVATAE STRVCTVRA ET STRIIS PECVLIARIBUS.

GENVS PRIMVM.

CONCHA IMBRICATA.

Concha Imbricata, eſt Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, leviter umbonata, ſtructura, & ſtriis peculiaribus, rugoſa, ſtriis denſiſſimis, & altiſſimis, earumque laminis imbricum inſtar prominentibus.

A. CConcha Imbricata colore obſcuro, ſubalbido depicta, ventricoſa, intus candida, imbricibus ſpiſſioribus, & depreſſioribus. (*Rumph. Tab. XLIII. lit.* B.)

B. C. D. Concha Imbricata, nonnihil depreſſa, laminis acute prominentibus, tota candida.

E. Concha Imbricata, altero latere magis producto, imbricibus depreſſis, acutis, & frequentibus exaſperata, & ſtriata, ſubfuſca.

F. Concha Imbricata, raris, acutis, & elatis imbricibus diducta, ſubalbida.

G. Concha Imbricata, imbricibus ſatis depreſſis, & in ſulcis interpoſitis ſtriis cancellatis radiata, tota eſt inſigniter crocea.

T. 93

A

A

B

B

Ign. Menabuoni del.

P. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS QVINTAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

CONCHA IMBRICATA.

A. COncha Imbricata, ſtriata, raris parvis acutis, & inciſis imbricibus, veluti muricata, undique clauſa, candida, maculis roſeis raro aſperſa. (*Rumph. Tab. XLIII. lit.* C., *Bonan. Claſs. II. num.* 80. & 81.)

B. Concha Imbricata, maior, imbricibus frequentibus, elatis, & quaſi perpendiculariter prominentibus ceſpitoſa, apertura ad cardinem ampliſſima, ex albido aranciata.

T. g 4.



Ios. Menabuoni del.

A. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE.

SECTIONIS QVINTAE.

GENVS SECVNDVM.

CONCHA ALIFORMIS.

CONCHA Aliformis, eſt Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, mediocriter, vel leviter umbonata, ſtructura, & ſtriis peculiaribus, in duas veluti alas expanſa.

A. COncha Aliformis, depreſſa, rugoſa, fragilis, in dorſo ex fuſco nigricans, intus ex glaſtino argentea, & lato margine pullo piceo circumdata. (*Bonan. Claſs. II. num.* 57.)

B. Concha Aliformis, magis ventricoſa, prope cardinem pulvinata, ſubrufa, intus tota argentea.

T. 95.

A

A

A

B

B

1

2

B

3

D

C

E

Ios. Menabuoni del.

F. Ant. Pazzi sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS QVINTAE.

GENVS TERTIVM.

CONCHA TRISIDOS.

Concha Trisidos, est Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, leviter umbonata, structura, & striis peculiaribus, & triplici prospectu insignita.

A. Concha Trisidos, striata, rugosa, ex albido cinerea, in uno extremo ad angulos rectos truncata.

B. Concha Trisidos, colore ex fusco-terreo infecta, cuius prima superficies plana (*num.* 1.) & a rugis, & striis invicem intersectis exasperata, triangulum scalenum, uno latere producto, constituit; secunda partim convexa, partim plana (*num.* 2.) emiellypticam fere repraesentat, in qua cardo axem inaequaliter dividit, & ab eodem cardine, tamquam a centro ad perimetrum, striae minutissimae excurrentes, ab aliis striis subtilioribus emiellypticis concentricis decussantur. Tertia pariter emiellypticam fere repraesentat (*num.* 3.) sed contortam, sinuosam; striaeque eodem modo, ut supra, a centro ad perimetrum extenduntur. (*Bonan. Class. II. num.* 123., *Rumph. Tab. XLVII. lit.* K.)

SECTIO SEXTA.

CONCHAE MARINAE INAEQVILATERAE NON VMBONATAE.

GENVS PRIMVM.

SOLEN.

Solen, est Concha marina valvis aequalibus inaequilatera, non umbonata, recta, a cardine tantillum profundiore ad oram angustissima, atque uno latere maxime elongato, altero vero brevissimo.

C. Solen, laevis, albidus, candidus, ex fusco, & subroseo colore variegatus, & fasciatus. (*Ionston. lib.* 4. *Tab. XV. num.* 20., *Lister. pag.* 192. *Tab. V. num.* 37. *Bonan. Class. II. num.* 56., *Rondelet. de Testaceis lib.* 1. *cap.* 42. *pag.* 43. *Iani Planci pag.* 33. *Tab. III. Fig.* 6.)

D. Solen, laevis, candidus, fragilissimus.

E. Solen, testa crassiore, castaneo colore obscurus, ex albido fasciatus. (*Rumph. Tab. XLV. lit.* M., *Memoires de l' Academie Royale des Sciences : ann.* 1712. *pag.* 150.)

T. 96.



A. S. Morabuoni deb.

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. LXXXXVI.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE

SECTIONIS SEXTAE.

GENVS SECVNDVM.

CONCHA MARINA VALVIS AEQVALIBVS INAEQVILATERA NON VMBONATA STRVCTVRA PECVLIARI,

§. PRIMVS.

TEREBRATVLA, eſt Concha marina, valvis aequalibus inaequilatera ſtructura peculiari. in loco umbonis inſigniter perforata, intus ſingulari articulatione donata.

A. TErebratula minutiſſime ſtriata, depreſſa, ſubalbida intus ſcobinata.

B. Terebratula oblonga, nonnihil aurita, ſtriata, fragilis, pellucida, duabus lineis ſuperimpoſitis veluti laminis compacta, & circumdata; margine interno minutiſſime dentato, ex fuſco albicans.

C. Terebratula parva una verticis parte depreſſiore, & truncata; altera vero elatiore, & acuminata, ſtriata ſtriis craſſioribus, ſubalbida.

§. *SECVNDVS.*

CONCHA LONGA BRACHIATA.

D. COncha longa brachiata, duplici brachio, utrinque recta extenſo, externe terreo colore obſcura, interne atro plumbeo nitore ſplendens. (*Bonan. pag.* 448. *num.* 130., *Rumph. Tab. XXXXVII. lit.* H.)

E. Eadem minor, ſed magis incurvata.

T. 97.



Iof. Menabuoni del

P. Ant. Pazzi sc.

(TAB. LXXXXVII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS SECVNDAE.

SECTIONIS TERTIAE.

Sequitur §. SECVNDVS.

CONCHA LONGA BRACHIATA.

A. COncha longa Brachiata, uno tantum brachio ex uno latere recta extenſo, Polyginglyma, externe terrea, interne plumbeo colore ſplendens, ſed in ultimo praecipue margine nigredine quadam intenſe cincta. (*an Rumph. Tab. XXXXVII. lit.* 1.)

§. *TERTIVS.*

CONCHA SVBROTVNDA VNA VALVA PERFORATA.

B. COncha ſubrotunda, una valva perforata, cuius multiplices ſunt varietates. *Alia enim eſt concava; alia minime profunda; alia diverſimode ſinuoſa; alia ad amuſſim fere rotundatur; extrinſecus etiam in multis tuberculorum quorumdam non levia veſtigia tam bene diſperſa, ut quandoque braſſicam cucullatam, vel criſpum Intubum diceres. Intus cum argenteo quodam ſplendore aliquando vireſcit, aliquando rubet, vel flaveſcit. Nonnullae auri pigmento cum nitore illuſtrantur: multae margaritarum albedinem purpuriſſa velata oſtendunt: multae aëris rubiginem, flavedinem vitream multae, & cupream rubedinem ſub ſandracca pellucida latitantem.* (*Ita Bonan. Claſs. II. num.* 55. *pag.* 444.)

PARTIS QVARTAE
CLASSIS TERTIA
CONCHAE MARINAE VALVIS INAEQVALIBVS.

TABVLA GENERICA TESTARVM
CLASSIS TERTIAE PARTIS QVARTAE.

CONCHAE MARINAE VALVIS INAEQVALIBVS.

- VMBONATAE
  - Pectinata.
  - Spondylus.
  - Gryphoides.
- NON VMBONATAE, vel inregulariter tantum umbonatae, rugosae, sine ullo externo cardinis indicio; Ostrea dicendae.
  - Vulgare.
  - Rostratum.
  - Structura & striis peculiaribus.

In Mari via tua, et Semitae tuae, in Aquis multis. Psal. 76.

Maeandribes costis tenuissimis, acutis, magis undosis et non nihil concatenatis, Lamellatis, interstitus angustis:
ex Museo N. Gualtieri N.° 44.

I. Menabuoni del *B. Sgrilli scul.*

Meandrina filograna.

TAB. 9a.

A



B



Joseph. Menabuoni del. Sculp.

(TAB. LXXXXVIII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE

SECTIO PRIMA.

CONCHAE MARINAE VALVIS INAEQVALIBVS VMBONATAE.

GENVS PRIMVM.

CONCHA PECTINATA.

CONCHA PECTINATA, eſt Concha marina valvis inaequalibus, aequeaurita, in parte plana Pectinis inſtar ſtriata ſtriis ſubrotundis rugoſis, in inferiori vero umbonata; convexa, & inſigniter ventricoſa, ſtriis ſtriatis latiſſimis.

A. CONcha Pectinata maior, in parte plana A ſtriis eminentibus aſperis, in parte vero convexa B ſtriis ſtriatis inſigniter notata, nonnulliſque lineis faſciata, ex albido rufeſcens. (*Bonan. Claſs II. num.* 3. *Rondelet. de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 14. *pag.* 15.)

T. 99.

A



B



C



D



E







F



E



G



G



PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS PRIMVM.

CONCHA PECTINATA.

A. COncha Pectinata eadem cum ſuperiori, ſubalbida, aut ex albido rufeſcens, maculis conſpicuis, ſubrotundis, atro-purpureis, aliquando piceis in ſummitate ſtriarum identidem aſperſa, & ſignata.

B. Concha Pectinata eadem, ſed ſtriis magis profunde ſtriatis, ſeu magis canaliculatis diſtincta, candidiſſima. (*Mem. de l' Accad.* 1709. *pag.* 520.)

C. Concha Pectinata, cuius ſtriae ſunt latiſſimae, & ab aliis ſtriis minutiſſimis undatim ſtriatae; in unaquaque maiori ſtria nonnullae plicaturae, ſeu pulvilli gibboſi eminent, & intumeſcunt: purpureo colore quadam candida pulvere aſperſo nitidiſſime depicta, intus ex argenteo purpuraſcens. (*Rumph. Tab. XLVIII. num.* 8.)

D. Concha Pectinata eadem, eius vero pulvilli ſunt magis elati: tota eſt ſplendide crocea, intus ex fulvido-argentea. (*Rumph. Tab. XLVIII. num.* 7.)

Hae duae Conchae minus ſunt convexae quam praecedentes, & cum aliam partem illarum planam nondum viderim, idcirco heic delineatam non exhibui.

GENVS SECVNDVM.

SPONDYLVS.

SPONDYLVS, eſt Concha marina valvis inaequalibus umbonata, aurita, umbone validiſſimo, ginglymo articulato, in parte ſuperiori recto, in parte inferiori oblique reſciſſo, & acuminato, aſpera, poroſa, & verrucoſa.

E. SPondylus teſta ſatis craſſa ſtriatus, rugoſus, purpureo colore depictus.

F. Spondylus ſtriatus, muricatus, margine interno dentato, ruber. (*Bonan. Claſs. II. num* 20.)

G. Spondylus diverſimode ſtriatus, muricatus, cui fortuito adnata eſt, & lateraliter unita portio quaedam alicuius teſtacei: albidus, aliquot maculis pullis notatus.

T. 100.

Ioſ: Menabuonj del.

Ioſ: Papinj ſculp.

PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE
SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

SPONDYLVS.

A. SPondylus maximus, craſſiſſimus, & ponderoſiſſimus: in dorſo validis ſpinis, aut oſſeis aculeis inſigniter exaſperatus, & muricatus; aliquando lamellatus, & ſtriatus; ex albido, & roſeo colore variegatus: intus ſalebroſus, candidus, margine dentato, & veluti amento purpureo cincto. (*Rondelet. de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 40. *pag.* 41.)

T. 101.

A

A

B

C

D

E

F

G

I

I

L

L

PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

SPONDYLVS.

A. SPondylus complanatus, aculeis satis longis, & canaliculatis insigniter muricatus, umbone satis producto, ex subalbido fuscus. (*Bonan. Class. II. num.* 21.)

B. Spondylus oblongus, rugosus, aculeis longis crassis, & validis muricatus; umbone magis producto, & veluti pediculo donato; ex subalbido cinereus.

GENVS TERTIVM.

CONCHA GRYPHOIDES.

CONCHA Gryphoides, est Concha marina valvis inaequalibus umbonata, sed non aurita: umbone satis producto, & insigniter incurvo: valva superiori complanata, inferiori convexa, gibbosa, inaequali, & aspera: striis, & structura diversimode instructa.

C. COncha Gryphoides, globosa, striis squamosis exasperata, fusca.

D. Concha Gryphoides subrotunda, laminis, & tuberculis diversimode exasperata, & striata, terreo colore obscura.

E. Concha Gryphoides, rugosa, sinuosa, aspera, candida.

F. Concha Gryphoides, oblonga rugis, & striis undatim, & profunde sulcatis, aspera, albida.

G. Concha Gryphoides squamosa, rugosa, tuberculosa, umbone magis producto, & veluti pediculo donato, cinerea. (*an Bonan. Class. II. num.* 22.)

I. Concha Gryphoides oblonga, angustior, rugosa, fusca cum valva superiori in situ, & extra situm expressa.

L. Concha Gryphoides satis depressa, innumeris poris undique punctata, subalbida, cum valva superiori extra situm designata. Haec Concha serra separata fuit a Concha Margaritifera (Tab. LXXXIV. lit. F. huius Indicis) cui adnata erat.

T. 102.

A

B



C

D

Hafs. Menab. del.

G. A. F. sc.

PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE

SECTIO SECVNDA.

OSTREVM.

OSTREVM, eſt Concha marina valvis inaequalibus, non, vel inregulariter tantum umbonata, rugoſa: ſine ullo peculiari externo cardinis indicio.

§. PRIMVS.

OSTREVM VVLGARE.

OSTREVM Vulgare, eſt Oſtreum cardine per ſimplicem ginglymum unito.

A. OStreum Vulgare, ſquamoſum, ſulcatum, tuberculoſum, atro-fuſcum, vel terreo colore luridum. Huius ſpeciei innumerae ſunt differentiae a magnitudine, ſalebroſitate, & irregulari figura deſumptae: quae etiam ab aetate, ſcopulis, limo, arena, vel a diverſa profunditate Maris varietates accipiunt.

B. Oſtreum Vulgare, ſtriatum, ſtriis rotundis, craſſioribus, interruptis radiatum, ſquamoſum, ex fuſco virideſcens.

C. Oſtreum Vulgare, laeve, ſinuoſum, intus, & extra argenteum. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib. 3. pag. 454., an Bonan. Claſs. II. num. 17.*)

§. SECVNDVS.

OSTREVM ROSTRATVM.

OSTREVM Roſtratum, eſt Oſtreum cardine perplanum, ſed latum, ginglymum, ne dicam harmoniam unito, & interne apophyſi pyramidali & ſulco intermedio ſimiliter rugoſo, & pyramidali donata, inſtructo.

D. OStreum Roſtratum, complanatum, lamellis diverſimode ſinuoſis compactum, rugoſum, ex albido virideſcens.

T. 103.



Jos. Menabuoni del. et f.

(TAB. CIII.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE
SECTIONIS SECVNDAE.
§. TERTIVS.

OSTREVM STRVCTVRA PECVLIARI.

OSTREVM ſtructura peculiari, eſt Oſtreum ſtructura vel ſtriis peculiaribus diverſimode fabrefactum.

A. OStreum ſtructura peculiari, lamellatum, echinatum aculeis inaequalibus canaliculatis ſatis elongatis criſpatis, & cucullatis, cinereum, intus candidum. (*Rumph. Tab. XXXXVII. lit.* A.)

T. 104.

A



B



B



C



C

D



E



D



F

F



G





G



(TAB. CIV.)

PARTIS QVARTAE CLASSIS TERTIAE

SECTIONIS SECVNDAE.

Sequitur §. TERTIUS.

OSTREVM STRVCTVRA PECVLIARI.

A. OStreum ſtructura peculiari ſtriatum, lamellatum, imbricatum, diverſimode ſinuoſum ex fuſco cinereum. Haec ſpecies Oſtreorum cum in ſtagnis, atque paludibus a maris fluxu enatis plerumque vivat, lignis, & aliis quiſquiliis, imo arboribus, & arborum ramis ſaepe ſaepius adnaſcitur, ita ut in maris refluxu arbores Oſtreis iſtis onuſtae iucundo ſpectaculo conſpiciuntur, unde Oſtreum lignorum a Cl. Rumphio Tab. XXXXVII. litera A nuncupatur. (*an Rondelet. de Teſtaceis lib.* 1. *cap.* 39. *pag.* 40.)

B. Oſtreum ſtructura peculiari totaliter complanatum, tenuiſſimum, pellucidum, fragiliſſimum, minutiſſime & ſubtiliſſime ſtriatum, ſtriis a cardine ad peripheriam excurrentibus, nonnullis rugis circularibus leviter faſciatum, ex fuſco candide ſplendens, & aliquibus maculis ſubalbidis identidem nebulatum, intus pullo colore maculatum, & argenteo-fuſco velato nitore lucide depictum. (*Rumph. Tab. XXXXVII. lit.* B.)

C. Oſtreum ſtructura peculiari depreſſum, lamellatum, plicatum plicis profundis angulos acutiſſimos efformantibus, duobus vel tribus aculeis praelongis aculeatum, ex pullo cinereum.

D. Oſtreum ſtructura peculiari magis depreſſum, plicatum, lamellatum, tuberculoſum, pullo colore nigricans.

E. Oſtreum ſtructura peculiari ſtriatum, lamellatum, poroſum, ſubtus aculeatum aculeis minoribus, ſubrotundum, plicaturis acutis circumdatum, ex pullo colore cinereum. (*Rumph. Tab. XXXXVII. lit.* D., *Aldovrand. de Teſtaceis lib.* 3. *pag.* 497.)

F. Oſtreum ſtructura peculiari depreſſum, incurvum, tuberculoſum, ſinuoſum, peripheria denticulata, ſeu plicaturis anguſtioribus circuuidata, candidum.

G. Oſtreum ſtructura peculiari, magis depreſſum, ſubrotundum, tuberculoſum, poroſum, peripheria minimis plicaturis elegantiſſime circumſcripta, albidum.

INDICIS
TESTARVM
QVAE ADSERVANTVR IN MVSEO
NICOLAI GVALTIERI
PARS QVINTA CLASSIS VNICA
CONTINENS
TESTAS MARINAS POLYTOMAS

Teſtae Marinae Polytome, ſunt Teſtae Marinae Vaſculoſae, quae componuntur ex pluribus quam duabus, vel valvis, vel portionibus Teſtaceis, articulationibus, ſibi invicem coniunctis.

TABVLA GENERICA TESTARVM
CLASSIS VNICAE PARTIS QVINTAE.

TESTAE MARINAE POLYTOMAE.

- Quarum portiones per Articulationem Cartilagineam, connectunctur.
  - CONCOIDES.
    - Pholas.
    - Cancellifera.
- Quarum portiones per Suturam ſquamoſam connectuntur.
  - BALANVS.
    - Cylindraceus.
    - Compreſſus.
- Quarum portiones per Suturam propriam connectuntur.
  - ECHINVS.
    - Echinometra.
    - Echinoſpatagus.
    - Echinanthus,
    - Echinodiſcus.

Aqua muta, et ſine Anima quae Dei nutu iubebantur Animalia faciebat, ut ex hoc Mirabilia tua Nationes enarrent. Esd: L-4. C.6. 48.

I. Mondoni del.

Madrepora Candida, Ramosa, Damae cornua referens,
foraminibus rotundis in superficie insignita:
ex Museo N. Gualtieri N: 31.

I. Menabuani del. B. Sgrilli sculp.

madrepora damicornis. 1.

T. 105.

A

6

5

B

4

3

2

1

C

D

E

E

F

F

G

G

I. f. Vanabuoni del

P. Pazzi f.

(TAB. CV.)

PARTIS QVINTAE CLASSIS VNICAE

SECTIO PRIMA.

CONCHOIDES.

Conchoides, ſunt Teſtae marinae Polytomae, vaſculoſae, quae ad Conchas marinas proxime accedunt, quarum portiones teſtaceae, articulatione cartilaginea connectuntur.

GENVS PRIMVM.

PHOLAS.

Pholas, eſt Conchoides elongata, uno cardinis latere longiore per harmoniam unito, altero vero breviſſimo exiſtente, aperto, & acuminato, umbone dupliciter extrorſum replicato, & in cellulas quadratas diviſo, interneque apophyſi ſubrotunda, oblonga, ac introrſum incurvata donato; ſex maioribus portionibus teſtaceis compoſita.

A. SEx portiones maiores Teſtaceae, quibus componitur Pholas in ſitu A., & extra ſitum in B. 1. 2. 3. 4. in C. 5. 6. conſideratae.

D. Pholas maior, ſtriis cancellatis exaſperata, ſubalbida. (*Aldovrand. de Teſtaceis lib. 3. pag. 455., Rondelet. de Teſtac. lib. 1. pag. 23., Bonan. Claſs. II. num 23., Iani Planci de Conchis pag. 33. §. 3.*)

E. Pholas teſta tenuiſſima, ſtriis minoribus cancellatis ſignata, candida. (*Bonan. Claſs. II. num. 24.*)

F. Pholas teſta tenuiſſima, ſtriis minimis diverſimode ſignata, cancellata, & faſciata, albida.

G. Pholas teſta craſſiori, ſtriis craſſis, raris, a cardine ad marginem diductis ſignata, aliiſque minoribus dorſum circulariter ambientibus faſciata, cancellata, & exaſperata, ſubalbida.

Quomodo hae Teſtae in ſaxis perpetuo degant immerſae, & occultae, & de illarum admirabili ſtructura, vide auream Diſſertationem celeberrimi, & numquam ſatis laudati de Reaumur. (*Memoires de l' Academie Royale des Sciences, An. 1712. pag. 163. edit. Amſtelod.*)

Vide Deſcriptionem Tabulae ſequentis CVI.

GENVS SECVNDVM.

TELLINA CANCELLIFERA.

Tellina Cancellifera, eſt Conchoides quinque, vel, ut plurimum, tredecim portionibus teſtaceis compoſita, depreſſa, in baſi petiolo coriaceo donata.

CElebratiſſimus Fabius Columna in ſua Piſcium aliquot, Plantarumque novarum Hiſtoria (*pag.* 15.) ad calcem Phytobaſane Concham hanc ſicuti reliqui Auctores, Anatiferam nuncupat, eamque ita elegantiſſime deſcribit: *Concha levis eſt amygdalae fructui forma, & magnitudine fere par, magis vero compreſſa in acutiore parte; colore ex albo ad cinereum vergente; quinque partibus conſtructa; namque valvulae vice ſunt, ſingulae circa extremam, atque anguſtiorem partem, per obliquum veluti diviſae conſpiciuntur, partes vero illae coniunguntur cartilagine, atque in poſteriore Conchae parte in acutum deſinunt: Quatuor eae partes a quinta anguſtiore, quae dorſum Conchae eſt, coniunguntur etiam cartilagine, ne ab ea parte aperiri queant: Dorſi quidem haec pars a fundo latior procedit, atque circa extremum Conchae in tenuiorem terminatur: Curva eſt, atque rugoſa additamentis, quibus ſerratum circa imum conſpicitur quinque aut ſex dentibus dorſum. Pars qua haeret latior, atque magis extuberans eſt; quamobrem valvularum fundum apertum conſpiceretur, niſi fundi loco pars quaedam carnoſa fuſca veluti corium, tota rugoſa, in imo ubi haeret tenuior, & ad fundi latitudinem ſe dilatans in Concha fundum efficeret: Quae plane rugoſum amygdalae fructus petiolum illum continentem refert. Qua de cauſa quia in ſurculis orborum etiam eleganter compoſitae, & herentes viſuntur, arboris fructus eſſe opinati ſunt, &c. Animal intus continet ex Concha minime exiens, coniunctum quidem eſt in fundo: indeque forſan humorem, cum ab ipſis aqua recederet, pro alimento ſugere videtur: Carnoſum corpus in imo eſt, os an habeat, & quomodo, quo carere non puto, haud potui recte conſpicere; verum pedes ſive cirros ex fuſco flaveſcentes inſectos quamplures habet, quorum ſuperiores aliis longiores curvi conſpiciuntur, geniculati, interna parte hirſuti, per longum diviſam pennam aemulantes, & caudam curvam Galli; quam ob rem opinati ſunt illi pennas eſſe, atque caudam, & aviculae creſcentis rudimenta extra Conchaam emiſſa: ſed mihi potius cirros, & brachia Animalis eſſe videntur, quae Conchae natura tribuit, ut eſcam venari, & intro reponere poſſet, &c.*

T. 106.

A

1

2

3

B

C

C

C

D

D

E

G

H

I

M

N

O

P

Q

Q

Q

Jac. Menab: del.

P. Pazzi sc.

PARTIS QVINTAE CLASSIS VNICAE

SECTIONIS PRIMAE.

Sequitur GENVS SECVNDVM.

TELLINA CANCELLIFERA.

A. TEllina Cancellifera maior, fere laevis, quinque portionibus teſtaceis compoſita, ſubalbida. (*Anatifera inter teſtacea bivalvia, & polyſtachia a Barigliero numeratur Icon. 1296.*)

1. 2. 2. 3. 3. Quinque portiones eiuſdem extra ſitum conſideratae.

B. Tellina Cancellifera eadem, ſed ſtriis minimis argutiſſime ſignata, cinerea.

C. Tellina Cancellifera, tredecim portionibus teſtaceis compoſita, & aliquando ſtriata, ex cinereo fuſca.

D. Tellinarum Cancelliferarum glomus arboris furculo adfixus. (*Bonan. Claſs. II. num.* 2., *Iani Planci de Conchis pag.* 30. *Tab. V. num.* 4.)

SECTIO SECVNDA.

TESTAE MARINAE POLYTOMAE VASCVLOSAE CVIVS PORTIONES TESTACEAE PER SVTVRAM SQVAMOSAM CONNECTVNTVR.

BALANVS.

BALANVS, eſt Teſta marina Polytoma, vaſculoſae, cuius portiones teſtaceae per ſuturam ſquamoſam connectuntur, ore ſuperius patente, baſi clauſa; unum, vel duos thalamos efformans.

§. PRIMVS.

BALANVS CYLINDRACEVS.

E. BAlanus Cylindraceus, unicum thalamum efformans, rugoſus, ex albido roſeus.

G. Balanorum Cylindraceorum glomus. (*Bonan. Claſs. I. num.* 14. *&* 15.)

H. Balanus Cylindraceus, unicum thalamum efformans, magis ventricoſus, ſtriatus, rugoſus, ex cinereo terreus. (*Rumph. Tab. XLI. lit.* A.)

I. Balanus Cylindraceus, magis ad Cylindrum accedens, anguſtus, unicum thalamum efformans, fuſcus.

§. SECVNDVS.

BALANVS COMPRESSVS.

M. BAlanus Compreſſus, ſubrotundus, mitratus, plures thalamos efformans, ſubalbidus (*Rumph. Tab. XL. lit.* K., *Bonan. Claſs. I. num.* 36.)

N. O. Eiuſdem Balani Compreſſi pars poſtica a corio quodam contecta in N. & ab eodem denudata in O. unde *pulchre labyrinthi in modum excavata cernitur, velut Agaricus ille quem Botanicorum princeps Tournefortius* (*Inſt. Rei Herbariae pag.* 562.) *Daedaleis ſinubus excavatum vocat*; ita notat (*Ianus Planc. de Conchis pag.* 29. *Tab. V. Fig.* 2. *&* 3.)

P. Balani Compreſſi confertim uniti, quibus undique ſaepe ſaepius occupantur ſaxa, ligna, aliaeque quiſquiliae ſubmarinae. (*Bonan. Claſs. I. num.* 35.)

Q. Balanus Compreſſus, in parte anteriore convexus, ubi ſex ordines ſtriarum in baſi latiores, apicem verſus ad angulum uniti incurvantur; ſtriae ipſae in quolibet ordine ſunt quatuor ſtriis tranſverſis aſperae. Inter unum, & alium ſtriarum ordinem pars quaedam laevis intercedit, & plana; os habet ſubrotundum, a quo primum thalamum ſatis concavum, & profundum intus conſtituitur, in medio vero foramine ſubrotundo perforatum: Pars poſtica eſt plana, & membrana coriacea, uti opinor, contecta, a qua denudata decem, & octo diaphragmata circiter apparent a circumferentia ad foraminis ſupra notati ambitum concurrentia, & thalamum ſecundum in totidem partes inaequales ſubdividentia; unumquodque diaphragma duplici conſtat lamella, quae aliquando dehiſcit, & in fine diducitur. Balanum hunc deſcribit ſpecialiter Bocconius (*Recherches, & Obſervations naturelles pag.* 294.) eumque pediculum Balaenae nuncupat.

T. 107.

A



B



A



C



E



D

O



L



F



G



H

I



M



M



N

Ad. Monabuoni del

R. Zucchi

PARTIS QVINTAE CLASSIS VNICAE

SECTIO TERTIA.

ECHINVS.

ECHINVS, eſt Teſta marina Polytoma, vaſculoſa, magis minuſve concava, cuius portiones teſtaceae per ſuturam propriam connectuntur, undique clauſa, ſed plurimis foraminulis, & duabus praecipue maioribus aperturis pro ore, & ano perforata: externe aculeis mobilibus teſtaceis armata.

PRIMVS.

ECHINOMETRA.

ECHINOMETRA, eſt Echinus, oris apertura in centro baſis poſita; ani vero in vertice, ori e diametro oppoſita.

ECHinometra, ut ſapientiſſime notat Clariſſimus Breynius (*pag.* 53. §. 5.) prae ceteris Echinis multa habet peculiaria, nimirum praeter poſitionem aperturarum, de qua in definitione; Primum habet interne dentes quinque teſtaceos, ſingulos ex aliquot partibus artificioſe, & particulari ſtructura compoſitos, & ſemicirculis teſtaceis, qui interne circa oris aperturam poſiti ſunt, circumdatos: vide lit. D. Secundo Teſta in quinque regiones aequales, vel fere aequales dividitur: Tertio externe papillis pro excipiendis ſpinarum, clavicularumque acetabulis maioribus & minoribus, ſecundum ſeries ordinatas exaſperatur, cum in reliquis Echinis papillae omnes fere aequales ſint, & perminutae: Quarto aculeos, vel claviculas pariter habet maiores, & inter ſe inaequales, cum ceterorum omnes aculei minuti ſint, & fere aequales: Quinto verticem occupat portio quaedam teſtacea, ſeu lamina ſubrotunda quaſi complanata, & in quinque partes inciſa, & ſinuata, in unaquaque parte foraminulum adeſt; in medio vero apertura ani tuberculis obſita patet, ut videre eſt in figura vitro aucta lit. O. Corpuſculum vero verrucoſum, quod ſaepius prope ani aperturam invenitur, & a Clariſſimo Linchio etiam in Stellis marinis obſervatum (*de Stellis marinis Lipſiae pag.* 15. §. 38.) Si oculo armato inſpiciatur, plantulam petroſam minimam ſubmarinam aliis Cerebritem, mihi Maeandritem dictam, vel aliam ſimilem eſſe clare apparebit.

A. Echinometra compreſſa papillis minuſculis, & minimis ſeriatim, & eleganter diſtincta, ex amethyſtino, & albido colore radiata. (*Memoir. de l' Acad. des Scienc. an* 1712. *pag.* 177.)

B. Echinometra ſubrotunda cum adhuc adnexis claviculis amethyſtinis.

E. Eadem ſpinis denudata, in qua, propter magnitudinem, clarius apparet compoſitio, & articulatio lamellarum certo, & coſtanti ordine ſibi invicem iunctarum; quae lamellae in hac Echinometra ſexcentae circiter commode numerentur: Artificium hoc in omnibus aliis Echinis aeque neceſſarium eſt, etiamſi non aeque ſit evidens.

C. Echinometra ovalis, papillis minoribus pereleganti ordine ſitis ſignata, aliquando candida, aliquando roſea.

F. Echinometra compreſſa, ſubrotunda, papillis minoribus in quinque elatis radiis viridibus diviſa, & in quinque aliis albicantibus diſtincta.

G. H. I. L. N. Echinometra ſubrotunda papillis minoribus diverſimode radiata, radiis aliquando laevibus, aliquando minimis papillis aſperſis, vel depreſſa, vel globoſa: candida, aut ſubviridis, vel ex fuſco virideſcens.

M. Echinometra compreſſa: papillis minuſculis, minimiſque radiatim diſtincta, ex fuſco lutea: quinque faſciis latis albidis circumdata, aliiſque decem ſimiliter albidis a vertice ad oram excurrentibus radiata, cancellata, & diviſa.

T. 100.

G

F

G

B

C

E

A

D

F

H

F

F

Ant. Monabuoni del

P. Pazzi sc.

(TAB. CVIII.)

PARTIS QVINTAE CLASSIS VNICAE

SECTIONIS TERTIAE.

Sequitur §. PRIMVS.

ECHINOMETRA.

A. ECHinometra globoſa, & anguloſa, in unoquoque angulo radius dentatus ab apertura ani ad oris aperturam excurrit ſubviridi colore depictus, & papillis minuſculis refertus, quem limbus amethyſtinus ambit; ſpatium vero quod hinc inde intercedit roſeo-pallido colore, & minimis papillis diſtinguitur.

B. C. Echinometra ovalis elatior, papillis maioribus in duplici linea, quam alia linea minorum, pariter duplex excipit, ſubalbida.

D. E. Echinometra circinata papillis maioribus, & minoribus cum ſuis claviculis in ſitu D. iiſdemque denudata in E. ex albido cinerea. (*Hiſtrix Imperati pag.* 689., *Scylla pag.* 145. *Tab. XXII.*, *Bonan. Claſs. I. num.* 17.)

F. Clavicularum maiorum varietates, quibus praecipue armatur Echinometra C.

H. Clavicula albida, ponderoſa, omnium longiſſima Echinometrae cuiuſdam Moluccanae.

§. SECVNDVS.

ECHINOSPATAGVS.

ECHINOSPATAGVS eſt Echinus cuius apertura pro ore eſt inter centrum, & marginem, pro ano vero in , vel ad marginem, verticem verſus, ori oblique oppoſita.

G. ECHinoſpatagus ovalis, ſterno prominente, & in acumen producto, elatior, quatuor petalis ſatis profunde ſulcatis, & foraminulis in quatuor lineis diſpoſitis elegantiſſime ſignatis; quinto vero petalo nullis foraminulis, & verſus latiorem partem deficiente diſtincto; ex albido cinereus.

T. 109.

A

A

B

C

D

B

Iof. Menab. del

P. Panzi. f.

(TAB. CIX.)

PARTIS QVINTAE CLASSIS VNICAE

SECTIONIS TERTIAE.

Seqitur §. SECVNDVS.

ECHINOSPATAGVS.

A. ECHinoſpatagus ovalis, ſimilis praecedenti G. ſed aliquantulum depreſſior, & caſtaneo colore lucidus, in hoc inſuper lamellarum articulationes magis apparent expreſſae, atque diſtinctae. (*Rumph. Tab. XIV. num.* 1.)

B. Echinoſpatagus cordiformis, ſinu ſcilicet in vertice ad latiorem extremitatem exiſtente, ſterno in acumen elato, quatuor petalis profunde ſulcatis, ſulcis ipſis quaternis lineis foraminulis perforatis: quintus vero floris petalus non foraminoſus ſinum ſupra notatum conſtituit; ex cinereo ſubalbidus. (*Rumph. Tab. XIV. num.* 2.)

C. Echinoſpatagus cordiformis ſimilis, petalis vero gracilioribus, ſed magis profunde ſulcatis notatus, & ad anguſtiorem partem elatus, ſpinam acutam conſtituit, ubi Echinoſpatagus B. foſſulam, ſeu ſinum illum efformat: vulgatiſſimus, albidus, cum ſuis ſpinis minutiſſimis adhuc adnexis in ſecunda figura; in prima vero iiſdem denudatus. (*Breynius pag.* 61. *Tab. V. Fig.* 1. *&* 2.)

T. 110.


A




B


C


D


E


C


E


F


G


F


H


G


H

PARTIS QVARTAE CLASSIS VNICAE

SECTIONIS TERTIAE.

§. TERTIVS.

ECHINANTHVS.

ECHINANTHVS, eſt Echinus, cuius apertura pro ore eſt prope centrum, pro ano in, vel ad marginem longiſſime ab ore diſtantem.

A. ECHinanthus ovalis, una extremitate anguſtiore, altera latiore, in qua apertura ani eſt conſpicua, margine ſinuoſo, in medio dorſi aliquantulum pulvinatus, ibique flore pentapetalo, minutiſſimis foraminulis perviis in duplici linea diſpoſitis, efformato, diſtinctus, & ſignatus, terreo colore obſcurus.

§. QVARTVS.

ECHINODISCVS.

ECHINODISCVS, eſt Echinus oris apertura in centro circiter, ani vero vel inter centrum, & marginem, vel in ipſo margine poſita, figurae ſemper complanatae, in vertice flore pentapetalo diverſimode notatus,

B. ECHinodiſcus circinatus, rotundus, minor, margine integro albidus. (*Breyn. pag.* 64. *Tab.* 7. *Fig.* 1. *&* 2.)

C. Echinodiſcus ſubrotundus, margine integro, ſinuoſo, ſubalbidus. (*Rumph. Tab. IV. lit.* E. *Bonan. Claſs. I. num.* 33.)

D. Echinodiſcus ovalis circinatus, margine integro, apertura ani in ipſo margine poſita, albidus.

E. Echinodiſcus, margine integro, quinque inciſionibus perviis inſtructus, in quo notatur ipſa apertura ani ad oris aperturam magis proxima, & a margine notabiliter diſtans, albidus.

E. Echinodiſcus periferia variis inciſionibus praedita, ex albido cinereus.

G. Echinodiſcus margine integro, apertura ani in ipſo margine ad partem ſuperiorem locata, in quo certe differt ab aliis Echinodiſcis ſupra deſcriptis: Schema vero floris hic non deficit, etiamſi diverſimode ab aliis ſit deſignatus; nam quiſque petalus a centro verticis ſtatim in principio in duos anguſtiores petalos diductos ſubdividitur, ex albido obſcurus. (*Breyn pag.* 64. *Tab. VII. Fig.* 7. 8., *Rumph. Tab. XIV. lit.* G.)

H. Echinodiſcus dimidia peripheria inaequalibus inciſionibus; altera vero dimidia duobus foraminulis perviis inſtructa, ex albido obſcurus (*Breyn. pag.* 64. *Tab. VII. Fig.* 5. 6., *an Bocconus Recherches, & Obſervat. naturelles pag.* 273.)

		ERRATA.	CORRIGE.
Tab. VI.	*lin.* 12.	intar	*lege* inſtar
Tab. X.	*lin.* 24.	ſtriatis	*lege* ſtriatus
Tab. XI.	*lin.* 16.	dichotamis	*lege* dichotomis
Tab. XIV.	*lin.* 3.	§. PRIMVM.	*lege* §. PRIMVS.
		§. SECVNDVM.	*lege* §. SECVNDVS.
		§. TERTIVM.	*lege* §. TERTIVS.
		§. QVARTVM.	*lege* §. QVARTVS.
		§. QVINTVM.	*lege* §. QVINTVS.
Tab. XVII.	*lin.* 7.	Synphunculo	*lege* Siphunculo
Tab. XVIII.	*lin.* 22.	diſtenus	*lege* diſtentus
	liu. 31.	reconditas	*lege* recondita
Tab. XIX.	*lin.* 39.	ſtriatus	*lege* ſtriatum
Tab. XXXV.	*lin.* 4. *& ſeq.*	Aporrais	*lege* Aporrhais
Tab. LXII.	*lin.* 9.	abeuntes	*lege* abiens
Tab. LXVII.	*lin.* 24.	interrupti	*lege* interruptis
Tab. LXIX.	*lin.* 6.	potentiſſimo	*lege* patentiſſimo
Tab. LXXXV.	*lin.* 11. *& 13.*	emiellypticam	*lege* emiellipticam

NATIONAL MUSEUM
24 OCT 1956
OF NATURAL

RB
QL 594
G912